يوسف بن ابي النجاج الي محاربة ابي  
طاهر بن ابي سعيد القرمطي فاسر يوسف  
وانهزم اصحابه وقتل منهم خلق كثير  
واستولي القرمطي علي الكوفة وخاف  
اهل بغداد منه ولم يشكوا ان يقصدها  
وماكها فاشار علي بن عيسى الوزير  
علي المقتدر بانفاق الاموال واستخدام  
العساكر فانفق من بيت المال ثلثمماية  
الف دينار واخذ من والدته خمسمماية  
الف دينار وجهه لخرية القرمطي عشرة  
الف فارس ثم عادوا من غير حرب وبلغ  
ابن طاهر الانبار ثم عاد عنها فتصدق  
المقتدر والسيدة امه وعلي بن عيسى الوزير  
بمخسبن الف دينار شكرا لله تعالي  
ثم قصد القرمطي هيت وعاد منصورا  
عنها فتصدق المقتدر بماية الف درهم

postquam pacē coluissent: & praelijs aliquot  
certarunt. eratque eo tempore Alis Abulha-  
senus Amadudaulas f. Boja unus è militibus  
Mahcani. Commissa a. fuerunt hæc prælia  
annis 321 & 322, & vicit ijs Mardowigus:  
qui & Amidam cepit, & Tabristanam, qui-  
bus regnum ejus crevit. Fuerat autem in  
Tabristana Mutahhar Atas, Praefectus  
Chorasana, nomine Chalife. Deinde con-  
tiguit Mahcanum in fugam verti à Marda-  
wigo, in quibusdam prælijs ejus. & tran-  
sijt Amadudaulas f. Boja ad Mardawigum,  
qui eum honoravit, & Margja præfecit, in  
qua & aliquamdiu mansit, optimè se ge-  
rens; donec status ejus confirmatus fuit:  
tunc enim inimicitia orta est, inter eum,  
& Mardawigum; abiitque cum numerofo  
exercitu Isfahanam, eamq; cepit. Marda-  
wigus autem fratrem suum Wasmakinum  
misit bello eum persequutum. at Amadu-  
daulas vires non habuit quibus bellum ei  
moveret. Deinde Isfahana abiit Arga-  
num, eoque potitus est, uti & tota Perside.  
Gesta autem sunt hæc pleraque post hunc  
annum, & propter filium orationis hic so-  
lum à nobis tacta, ne dispergantur. reliqua  
autem ad Reges eorum pertinentia, ad fi-  
nem eorum usque, volente Deo, post com-  
memorabimus.

Abutaheri  
Caramitæ  
victoriz.

Eodem anno misit Muctadirus Billa Io-  
sephum f. Abunnabahi oppugnatum Abu-  
taberum f. Abusaidi, Caramitam: sed ca-  
ptus fuit Iosephus, & milites ejus in fugam  
versi, plurimis interfectis. Potitus quoque  
est Caramita Cusa: & timuerunt eum ci-  
ves Bagdadi, neque dubitarunt quin ipse  
quoque eam adiret, & subjugaret. Suasit  
autem Alis f. Isa Consiliarius Muctadiro,  
ut pecunias erogaret, & copias conscri-  
beret. itaque ex arario erogavit trecenta  
aureorum millia: & à matre sua accepit  
quingenta aureorum millia. misitque ad  
oppugnandum Caramitam decem mille  
equites. qui deinde, nullo commisso prælio,  
reversi sunt. Pervenit autem Abutaherus  
ad Ambarum, à quo cum deinde recessisset,  
Muctadirus, & Domina mater ejus, itemq;  
Alis f. Isa Consiliarius, Deo Opt. Max. gra-  
tias agentes, pauperibus largiti sunt quin-  
quaginta aureorum millia. Deinde contendit Caramita Hitum, à quocum etiam rece-  
deret, Muctadirus centum mille stateres pauperibus donavit.



Natura.

capillis, & barba. Fuit autem vir insignis, multi jejuni, & eleemosyna, & Chalifatui praefectus, etate adhuc puer, res tamen magnas gessit, Scribasque, Gubernatores, & Consiliarios multos constituit. Caterum negotia ejus magnam partem administrarunt mulieres & puella, ita quidem ut puella quadam ejus, cui nomen erat Iameca, vacaverit facinoribus dijudicandis, & advocata ferè fuerit à Iudicibus, & Doctoribus. Contigerunt autem ejus tempore quaedam quae nunquam ante contigerant. qualia sunt, quod viginti quinque annis Chalifatui praesuerit, id quod nemini ante eum contigit. quod duodecim Consiliarios creaverit, & quod peregrinatio Meccana cessaverit, ex quo scilicet Abutaherius Meccam erat ingressus, & lapidem nigrum sustulerat. Ajunt quoque eum donatione alienasse plura quam septuaginta mille aureorum millia: quod plus est quam corraserat Rasjidus. Quin & largitus est hominibus gemmas Chalifatui, & thesauros ejus, quibus antecessoribus ejus ne in mentem quidem venit ut liberalitatem exercerent, cum thesaurum in ijs sperarent. Gemmas, inquam multas distribuit, & majorem quidem earum partem puellis: unguenti etiam & zibethi plura quàm 63 grana puellis, & alijs distribuit. Consiliarij ejus fuerunt Abbas fil. Haseni, Hasenus f. Farati tribus vicibus, Muhammed f. Abdalle f. Chacani, Alis f. Ise, bis, Hamidus f. Abasi, Casamus Chacaneus, Ahmed f. Abdalle f. Suleimanis f. Wahebi, & Fadlus f. Gjasaris f. Alcarani. Iudices, Iosephus fil. Iacobi, hinc filius ejus Muhammed, deinde Abdalla f. Abusjavaribi, post filius ejus Muhammed f. Ahmedis, f. Ishac Bahlulus, deinde Omar fil. Muhammedis, f. Iosephi, hinc Hasenus f. Alis, & tandem Omar f. Haseni, f. Abusjavaribi. Ianitores Saufus servus Muçtasis, Nasrus Casureus, Iacutus Mutadidius, & Ibrahimus fil. Muhammedis fil. Rajici. Symbolum figilli ejus. Laus Deo, cui nulla res est similis, quique creator omnium rerum est. Chronologus ait finitum fuisse imperium ejus, cum elapsi essent anni Hegirae trecenti & novemdecim, menses novem, & dies viginti octo, anni autem solares mundi, sex mille, quadringenti, & viginti quatuor, & dies sexaginta quatuor.

Quae rara elus tempore contigerint.

Officiales.

Symboli.

براسة وحبته وكان كرمها كثير الصوم والصدقة ولي الخلافة وهو صغير السن فدبر الامور الكبار والكتاب والامرا والوزرا وغلب امره النساء والجوارى حتى ان جارية له كان اسمها عيك تجلس للظالم ويحضرها القضاء والفقهاء وكانت في ايامه امور لم يكن مثلها منها انه ولي خمس وعشرين سنة لم يكن من قبله ومنها انه استوزر اثني عشر وزيرا ومنها ان الحج بطل في ايامه من حين دخل ابن طاهر مكة وقلع الحجر الاسود \* ويقال ان المقتدر يترقب ثقب وسبعين الف الف دينار وذلك اكثر مما جمعه الرشيد وبذل للناس من جواهر الخلافة ودخايرها ما لم تسمح به نفس احد من الخلفاء من تقدمه وطمع فيه خزانه ففرق جواهر كثيرة واكثر ذلك فرقة علي الجوارى وفرق من الطيب والغالبه نفث وستين حبا علي الجوارى وغيرهن \* ورواه العباس بن الحسن وبيد بن الفرات ثلاث وقعات ومحمد بن عبد الله بن خاقان وعلي بن عيسى وقعتين وحامد بن العباس والقسم الخفاني واحمد بن عبد الله بن سليمان بن وهب والفضل بن جعفر بن القران قضائه يوسف بن يعقوب ثم ابنة محمد ثم عبد الله بن ابي الشوارب ثم ابنة محمد بن احمد بن اسحق البهلول ثم عمر بن محمد بن يوسف ثم الحسن بن علي ثم عمر بن الحسن بن ابي الشوارب حجابة سومس مولى الماكتفي ونصر القسوري وياقوب المعتضدي وابراهيم بن محمد بن مرائق \* نقش خاتمه الحمد لله الذي ليس كمثل شي وهو خالق كل شي \* قال المورخ وكان انقضا ملكته لتمة ثلاثمائة وتسع عشرة سنة وتسعة شهور وثمانية وعشرين يوما للهجرة ولتاهم ستة الف واربع مائة وعشرين سنة واربعة وستين يوما شهسبة للعالم.

وفي هذه السنة قتل عبد الله بن حمدان برماه رجل من الجند يسهم فذبحته \* وفي هذه السنة هجم ابن طاهر القرمطي صاحب هجر مكة يوم التروية فقتل الحاج في المسجد الحرام وقلع الحجر الاسود وقلع قبة زمزم وغزا الكعبة ثم مرجع الي بلده ومعه الحجر الاسود فبقي الحجر الاسود في ايديهم اثني عشرين سنة الا شهر اثم مردوه علي يدين سب لمخمس خلون من ذي القعدة سنة تسع وثلاثين وثلاثمائة وكان يحكم قد بدل لهم في رده خمسة الف دينار فلم يفعلوا وقالوا اننا اخذناه بلا امر ولا فرده باسمه.

وفي هذه السنة فوض المقتدر بالله ديار بكر وامد ومبافارقين الي ناصر الدولة ابي محمد بن ابي الهيجا بن حمدان وقرر عليه مالا يتجمله في كل سنة وقيل كان ذلك سنة ثمان عشرة وثلاثمائة.

قال وفي سنة عشرين وثلاثمائة كان مقتبل المقتدر بالله وذلك ان المطرف مونس بلغه ان المقتدر قد دبر عليه حبسه وغضبه وصعد الي الموصل فلحقها ثم جيش الجيوش واقبل الي بغداد فخرج المقتدر بالله لقتاله فوقع الحرب بينه وبين اصحاب مونس فاحتاط به جماعة من البربر فقتله رجل منهم واخذ راسه وسلبه ثيابه ومضي براسه الي مونس ومر مقتدر رجل من الاكران فستر سوته بخيش ثم حفر له ودفنه وكان مقتله في الساعة الرابعة من يوم الاربعاء لليلة بقية من شوال فكانت خلافته اربع وعشرين سنة واحد عشر شهرا واربعة عشر يوما من جملةتها يومان وثلاثة ليلي خلع فيها مرتين الاولى نوبة بويج لابن المعتز والثانية نوبة القاهر وقد ذكرناها وكان عمرة ثمان وثلاثين سنة وشهرا وخمسة ايام \* صفته كان ربع القامة جميل الوجه ابيض بحرة حسن الخلقة والعين مدور الوجه كثير الشبه في

Eodem anno occisus fuit Abdalla f. Hamadani, tactus sagitta militis cujusdam, qui & eum mactavit. Abutaherius quoque Princeps Hagjarae, Caramita, hoc anno adorsus est Meccam, die octavo Dulhiggiae, & peregrinos, in templo ejus, occidit, Lapidem nigrum, & tectum putei Zemzemi evulsit, ac templum vastavit. Hinc reversus est in urbem suam, auferens Lapidem nigrum, qui in manibus eorum mansit annos duodecim, minus uno mense. Deinde cum reddiderunt, die scilicet quinto Dulkiadae anni Hegirae 339. Obtulerat autem ijs pro eo Iahcanus quinque aureorum millia; at noluerant, dicentes, Nullius jussu eum cepimus, & nullius jussu eum reddemus.

Eodem quoque anno concessit Muçtadirus Billa Diarbecram, Amidam, & Majafarikinam Abumammedi Nasiruddaulo filio Abulhigjae, f. Hamadani, & certam ei pecuniae summam imposuit, quam in singulos annos afferreret. ajunt tamen quidam id factum fuisse anno 318.

Anno 320 occisus fuit Muçtadirus Billa. idque hoc modo accidit. Maunasus Muçtadirum intellexerat, Muçtadirum cogitare de eo in carcerem conijciendo. itaque iratus ascendit Mausilam, eamque occupat, & collecto exercitu, contendit Bagdadum. at Muçtadirus eum oppugnatum prodit, commissusque praelio, à Barbaris aliquot circumdatus, quorum quidam eum occidit, capite truncat, & vestibus spoliat: caput autem mox fert ad Maunasum. Cum autem Muçtadirum prateriret Scytha quidam, pudendum ejus crassa tela operuit, & deinde sepulchrum ei fodit, eumque sepelivit. Occisus fuit hora quarta diei Mercurij, qui vigesimus octavus erat Sjewali, ut imperaverat annos viginti quatuor, menses undecim, & dies quatuordecim: annumeratis etiã duobus diebus, & tribus noctibus, quibus bis imperio depositus fuit; succedente ei, priori vice, filio Mutazxi, altera autem, Cahero, sicuti ante commemoravimus. Annos natus erat 38, mensem unum, & dies quinque. Quod ad formam ejus attinet. meodiocri fuit statura, pulchra facie, candidus, sed rubedine tinctus, egregia proportione & oculis, rotunda facie, multa canicie in capillis,

Abdalla f. Hamadani interitus.

Abutaherius templum Meccanum vastavit.

Cœpit 13 Januarij. A. C. 934

Muçtadiru cadens.

Aetas. Forma.

negotia ejus ordinavit, atque imposuit monachis, Episcopis, & egenis tributum, qui & id solverunt. sed profecti quidam ex monasterijs in Iracam, levamen petiverunt à Muçtadiro Billa: qui scripsit, ne sumeretur à monachis, Episcopis, & pauperibus tributum, sed relinqueretur ijs privilegium, ab Auctore vocationis ijs concessum.

Cometa.

Eodem anno apparuit in Aegypto stella quaedam magna, radios habens, & scintillas eijciens; ac sequebatur eam flamma magna, terribilis in aère, valde rubicunda, tendens à septentrione in orientem, hastas circiter triginta longa, & lata duas, ac torta, instar serpentis; idque post occasum solis, die Mercurij, 24 Gjumadae posterioris: cum autem durasset tres horas, extincta est.

Annotatio.

Chronologus ait idem contigisse in Rabio priori anni 675, qua stella quoq; apparuit magna, radios habens, & scintillas eijciens, quamque tres flammae sequebantur, idque hora 4 noctis, qua lucida erat, diei instar.

Alius.

Anno 314 ceperunt custodes ostiorum Nili cata scopium quoddam, in quo vir erat indutus veste serica, qua decem aureis aestimabatur; qui, cum examinaretur, confessus est, exploratorem se esse: hostemque adventurum, cum mille navibus militaribus. unde Gubernator ilico advocavit artifices, qui suaserunt obstructionem stationum navium, inter Alexandriam, Damiatam, & Rasjidum. factaeque sunt turres, & imposita rotis ferreis, mobilibus.

Expeditio Romano-rum contra Mullimos.

cum autem turris una absoluta esset, jamque in structura secunda versarentur, ecce tempestas navem quandam, de navibus Romanorum, in litus eiecit, ex qua duo egressi viri significarunt, Imperatorem jam ante annum, exploratum in Aegyptum misisse quendam suum propinquum: & constitit ilico, eum fuisse virum illum, qui inventus fuerat in cata scopio illo. Ajunt autem tempestatem exortam in classem illam Romanam, plures quam trecentas ejus naves militares perdidisse, omnibus qui in ijs erant pereuntibus; reliquas domum reversas esse. Muslimi a. interim in structura illa turrium pergebant. sed cum vehemens exortus ventus primam illam turrim fregisset,

فكشف احوال البلد واخذ الرهبان والاساقفة والضعفا بادا الجرية فاخذت منهم وخرج قوم من الديارات الى العراق واستغاثوا الى المقتدر بالله فكتب ان لا يبوخذ من الرهبان والاساقفة والضعفا جرية ويجري على العهد الذي قرره صاحب الدعوة

وفي هذه السنة ظهر مصر كوكب عظيم له شعاع وشرار يتبعه شهاب كبير هائل بالجو شديد الحمرة واخذ من جهة الشمال الى نحو الشرق يكون تقدير طوله قريبا من ثلاثين رحما وعرضه قريبا من رحمتين معوج كالحنية وكان ذلك من غروب الشمس يوم الاربعاء الخمس بقين من جمادى الاخرة اقام ثلاث ساعات وانطفأ \*

حاشية

قال المورخ ان وقع مثل ذلك في امر الكوكب الذي طلوع في ربيع الاول سنة خمس وسبعين وستماية وظهر كوكب عظيم له شعاع وشرار يتبعه ثلاثة شهب وكان ذلك الرابع من الليل وكان يضي مثل النهار

قال وفي سنة اربع عشرة وثلاثماية مسك شبوح الدرود فاعلا في وسطه رجل عليه تكة حرير قهتها عشرة دنانير فقروه فاقرا انه جاسوس واخبر ان العدو واصلبن في الف قطعة مقاتلة وللوقت احضر الناييب المهندسين فاشاروا بسد الارمسة بين اسكندرية ودمياط ورشيد فعملت ابراج قائمة على بكرات حديد فحرف فعل البرج الاول وشرعوا في الثاني وادا الهوا رمي مركبا من مراكب الروم فطلع منه رجلان واخبرا ان الملك سهر بعض قرايبه جاسوسا الى مصر من مدة سنة فعلم انه ذلك الرجل الذي كان في الفاعل وذكر ان الهوا طلع على مركب الروم وانكسر منها اكثر من ثلاثماية قطعة وهلك كلن فيها فرجع اليقبة الى بلادهم واستمروا على الاهتمام بعمارة الابراج فقبوي الهوا على الاول فاستخ

B b 3

atque

والذي ورد تواريخ النصراني في خلافة المقتدر بالله ان كنيسةهم التي تسمى القمشا بالاسكندرية وهي الهكل الذي بنته اكلابوطرة على اسم رجل احترقت يوم الاثنين ثالث شوال سنة ثلثمائة للهجرة

وفي سنة احدى وثلاثماية قدم البطررك ابنا غيريال في السنة السابعة من خلافة المقتدر اقام احدى عشرة سنة وتبع في حادي وعشرين امشير وقبل انه احدث الديارية على الرجال والنساء قال وفي سنة احدى عشرة وثلاثماية قدم قسما بطركا لليعاقة على الاسكندرية اقام اثني عشرة سنة ومات

قال وفي سنة تسع وثلاثماية مرض لاون ملك الروم واشرف على الموت قاحضر بقولاوس البطررك الذي كان ففاه عن كرسيه واعاده الي كرسيه وتحلل منه وعزل او ثيوبوس الذي جعله عوضه يضي الي بعض الديارة اقام سنتين ومات وبعد ذلك مات لاون ملك الروم وملك بعده اخوه الاسكندروس على الروم سبع سنين ومات

قال وفي هذه السنة ثار المسلمون بدمشق واحرقوا كنيسة مريم وكانت كبيرة حسنة ونهبوا منها اواني ذهب وفضة ونحاس والات بجملة عظيمة ونهبوا دير النساء الذي الي جانب الكنيسة وشعثوا كنائس البعاقة والنساطرة يوم السبت نصف رجب سنة اثني عشرة وثلاثماية حاشية

قال المورخ وقع مثل هذه الواقعة في اواخر رمضان سنة ثمان وخمسين وستماية عند هروب التتر من دمشق بعد كسرتهم بعين حالود في ايام الملك المطهر وقتل كيبوغا مقدمهم

وفي سنة ثلاث عشرة وثلاثماية كتب الوزير عبد الله بن محمد بن خاقان الي علي بن عيسى وكان بمكة بان يسهر الي مصر ويشكف احوالها فدخل القسطنط مستهل رجب سنة ثلاث عشرة وثلاثماية

Narrant Christianorum historia, durante Chalifatu Muçtadiri, templum eorum Camsja dictum, delubrum nempe illud quod Cleopatra edificaverat, Alexandria conflagrasse, die Luna, qui tertius erat Sjewali, anno Hegira trecentesimo.

Templum Alexandrinum ardet.

Anno 301 constitutus est Patriarcha Abuna Gabriel, anno septimo Chalifatus Muçtadiri; seditque annos undecim, & obiit die vigesimo primo Amsjiri. atque hic edificasse dicitur monasteria viris & mulieribus.

Patriarcha.

Eodem anno trecentesimo primo constitutus est Cosma Patriarcha Iacobitarum, Alexandria, qui cum annos sedisset duodecim, vita excessit.

Anno 309 agrotavit Leo Romanorum Imperator: cumque propinquus morti esset, adesse jussit Nicolaum Patriarcham, quem cathedra sua expulerat, eumque in locum suum restituit, deposito Euthymio, quem ei suffecerat. abijt q; Nicolaus in monasterium quoddam, in quo cum duos fuisset annos, obiit. deinde vita excessit Leo Imperator, & successit ei frater ejus Alexander, qui cum septem imperasset annos, mortuus est.

Leonis Imperat. Romani morbus,

obitus.

Eodem anno Muslimi tumultum excitarunt Damasci, & combusserunt templum Mariae, quod magnum erat, & pulchrum; ac diripuerunt vasa ejus aurea, argentea, & aenea, aliaque instrumenta plurima. Diripuerunt quoq; monasterium faeminarum, quod à latere illius templi erat: & diruerunt templa Iacobitarum, & Nestorianorum, die Sabbathi, medio Regjebi, anno 312.

Muslimi saevunt in Christianos Damasci,

Annotatio.

Chronologus ait idem quoque accidisse in fine Ramadani anni sexcentesimo quingagesimi octavi, cum Tatarum Damasco aufugerent, & fusi essent Ainalodi, regnante Mutaffaro, ac Dux eorum Keibugas interfectus esset.

Anno trecentesimo decimo tertio scripsit Consiliarius Abdalla f. Muhammedis f. Chacani, ad Alim f. Isa, qui Mecca erat, ut in Aegyptum veniret, negotia ejus ordinatum: & ingressus Fustatam, initio mensis Regjebi, anno trecentesimo decimo tertio, negotia

& in Aegypto.

واسقطه فبطلوا عمل الابراج وكتب  
النايب بمصر الى الشام ويستدعي  
الجهوش الى مصر  
وفي سنة سبع عشرة وثلاثماية وقع بمصر  
من الجراد ما لا يوصف كثيره حتى انه  
منع شعاع الشمس ان تقع على الارض  
واكل الكروم والفواكه والغلال  
وفي سنة تسع عشرة وثلاثماية مات  
الاسكندروس ملك الروم وملك بعده  
قسطنطين بن لاون وهون بن ثلاث وعشرة  
سنة وكانت امه تدبر المملكة واسمها  
اوغسطه وسير ملك البرغر الى قسطنطين  
ملك الروم بخطب اخته لابنه فلم يجبه  
الي ذلك فوقع بين الروم وبين البرغر  
حروب كثيرة فنظر نيقولاوس البطريرك  
افصال الحروب وخاف ان يتفانوا فاشار  
ان يكون رمانس مقدم العسكر مع  
قسطنطين ملك الروم في تدبير المملكة  
وان يتزوج قسطنطين ابنة رومانس  
ويكون اخر سطورس معهم ايضا في  
تدبير المملكة ففعلوا ذلك واخرج  
رومانوس ابنته الاخرى اخت التي  
تزوجها قسطنطين ملك البرغر وهدي  
الحرب بينهم

atque evertisset, structuram destiterunt.  
Gubernator autem Aegypti in Syriam  
scripsit, & copias aliquot in Aegyptum ve-  
nire iussit.

Anno 317 tanta locustarum multitudo  
in Aegypto fuit, ut radij solares terram  
attingere nequirent, & consumpserunt vi-  
neas, fructus, atque frumenta.

Anno 319 obiit Alexander Imperator  
Romanorum, & successit ei Constantinus  
filius Leonis, puer tredecim annorum, cu-  
jus mater, nomine Augusta, regnum admi-  
nistravit. Et misit Bulgarorum Rex ad  
Constantinum Imperatorem, ut sororem  
suam desponderet filio ejus: quod cum ei  
recusavisset, praelia multa commissa sunt,  
à Romanis, & Bulgaris. Videns autem Ni-  
colaus Patriarcha vehementiam praelio-  
rum, & metuens ne sese mutuo perderent,  
auctor fuit, ut Romanus, Praefectus exerci-  
tus, in Imperatorem Romanorum Constanti-  
no adjungeretur, & ut Constantinus du-  
ceret filiam Romani in uxorem, Christo-  
phorus autem una cum illis imperium ad-  
ministraret. atque id factum fuit. & de-  
dit Romanus filiam suam alteram, sororem  
ejus quam duxerat Constantinus, Regi  
Bulgarorum in uxorem. atque ita quievit  
inter eos bellum.

Locusta in  
Aegypto.

Alexandro  
Imperator  
Romanorum  
succedit  
Constantinus.

Romanus



## CAPVT VIGESIMVM.

التاسع عشر من الخلفاء وهو الاربعون  
القاھر بالله ابو المنصور محمد  
بن المعتضد بن الموفق بن  
المتوكل \*

Decimus nonus Abbasida-  
rum, & Chalifa quadragesimus  
MvHAMMED ABULMAN-  
SOR KAHIRVS BILLAfi-  
lius Mutadidi, f. Muaffici,  
f. Mutewakkeli.

ام ولد يقال لها فنون  
وامه  
لليلة بقبت من شوال  
سنة عشرين وثلاثماية

وفي سنة احدى وعشرين وثلاثماية  
قبض القاھر بالله على ابن اخيه احمد  
بن المكتفي واقام في بيت وسد عليه  
بالاجر والجبن فمات \* وفيها توفت  
ام المعتضد بالله وكان القاھر قد

ATER ejus genitrix appel-  
lata fuit Fenuna. Creatus est  
Chalifa Bagdadi, 28 Sjewali,  
anno 320.

Anno 321prehendit Cahirus Billa fi-  
lium fratris sui Ahmedem fil. Muftafis,  
qui in domum quandam immisissus, obstru-  
ctâ lateribus & gypso januâ, pra dolore  
expiravit. Eodem quoque anno obiit ma-  
ter Muftadiri Billa. Cahirus enim cum  
pecuniam

Cœpit x  
Januarij.  
A.C. 933

Cahiri cru-  
delitas,

pecuniam ab ea peteret, neque ipsa ei indi-  
caret nisi centum aureorū millia, manu sua  
eam percussit, multisque tormentis afflixit,  
& suspendit, capite in terram demisso, ita  
ut urina ejus totum ejus corpus perfunderet.  
Illa autem ei dixit, Ego mater tua sum, se-  
cundum scripturam Dei, teque vice prima  
à filio meo liberavi: affligis autem me hoc  
tormento, cum nihil pecunie mihi sit reli-  
quum. At Cahirus testatus est contra  
eam, de venditione regni ejus, testes duos.  
Deinde, post hac omnia, illa obiit.

Eodem etiam anno prehendit Cahirus  
Gubernatorem Alim f. Ielici, & Mauna-  
sum Mutaffarum, eosque occidit, quod in-  
tellexisset, eos hoc agere, ut ipsum prehen-  
derent.

Vita quoque excessit eo anno Iakinus  
Hararæus, Praefectus Aegypti, cui Ca-  
hirus praefecit Abubecrum Muhamme-  
dem filium Taagi, cognominatum Achsjid-  
um, & deinde, hoc deposito, Ahmedem  
f. Keigalagi.

Anno 322 imperio depositus fuit Ca-  
hirus, idque in hunc modum factum est.  
Insurrexerunt contra eum milites, & equis  
ad domum ejus vecti, per omnes portas  
eum adorati sunt: is autem fugit in tectum  
balnei cujusdam, atque ibi sese abscondi-  
dit; sed illi nacti eum sunt, & prehensum  
in carcerem conjecerunt, quendam custo-  
dia ejus praeficientes. Hinc direptum fuit  
Bagdadum. Facto autem die Mercurij, sexto  
Gjumadae prioris, Chalifatu depositus fuit,  
cum imperasset annum unum, menses sex,  
& dies septem: & Chalifa creatus est Ah-  
med f. Muftadiri Billa, qui cognominatus  
fuit Arradis Billa, primusque eum Chalifam  
salutavit ipse Cahirus: qui in arce impe-  
riali mansit, donec eum ejecit Muttakis, in  
Rabio posteriori, anni 333, quo domum  
suam reverti eum iussit: ubi cum aliquam-  
diu mansisset, templum adiit, die Veneris,  
& stans significavit populo quis esset, petijt-  
que ab eo elemosynam. Astans autem ei fi-  
lius Abumuse Hasjemæus dedit ei mille sta-  
teres. quin narrat quidam dicens. Eram  
in templo Almanforis, die quodam Veneris,  
& ecce homo quidam indutus toga rubra,  
cujus pannus exterior jam consumptus erat

قلبي بالاموال فلما تفر له الا بما به الف  
دينار فصر بها بيده وعذبها بانواع  
العذاب وعلقها منكسة حتى كان مجري  
هولها على جميع جسدها وفي تقول له  
انا امك في كتاب الله وانا خالصتك  
من ابي في الدفعة الاولى وتعاقبني هذه  
العقوبة ولم يبق عندي مال فاشهد  
عليها القاھر ببيع ملكها شاهدين  
ثم ماتت عقيب ذلك

وفي هذه السنة قبض القاھر بالله  
على الامير علي بن يلبق ومونس الماطر  
فقتلهم لانه بلغه عنهم تدبيرهم في القبض  
عليه

وفي هذه السنة توفي يكيبن الحريري  
امير مصر فولاه القاھر ابا بكر محمد  
بن طنج المعروف بالاخشيد ثم عزله وولاه  
احمد بن كبلغ

قال وفي سنة اثني وعشرين وثلاثماية  
كان خلع القاھر وذلك ان الجند شعروا  
عليه وركبوا الي داره فهاجموا عليه  
من سائر الابواب فهرب القاھر الي سطح  
حمام واستتر فيه فطغروا به وقبضوا عليه  
وحبسوا وكل به من يحفظه ونهبت  
بغداد يومئذ ولما كان يوم الاربعاء  
لست خلون من جمادى الاولى خلع من  
الخلافة وشملت عنها فعي وارثك  
منه امر عظيم لم يسمع مثله فكانت  
خلافته سنة واحدة وستة اشهر وسبعة  
ايام وبويغ بالخلافة لاحمد بن المعتضد  
بالله ولقب الراضي بالله واول من سلم  
عليه بالخلافة القاھر ولم يزل القاھر  
مقما في دار السلطان الي ان اخرج  
المتقي في شهر ربيع الاخر سنة ثلاث  
وثلاثين وثلاثماية وورده الي داره واقام  
مدة وخرج الي الجامع يوم الجمعة  
وقام يعرف الناس بنفسه وطلب منهم  
صدقة فاقام البه بن ابي موسي الهاشمي  
واعطاه الف درهم وحكي بعضهم قال  
كنت في جامع المنصور في يوم جمعة  
واد اياسان عليه جبة عباي قد ذهب  
وجهها وبقيت بطانتها وبعض القطن  
subditi-

Iakinus  
Guberna-  
tor Aegy-  
pti mori-  
tur.

Cœpit 22  
Decemb.  
A.C. 933.  
Cahirus  
deponitur.

Mendicat.



# SARACENICÆ HISTORIAE

Liber Tertius,

DE

*Imperij Saraceni distractione.*

CAPVT PRIMVM.

*Vigesimus Abbasidarum, & Chalifa quadragesimus primus AHMED ABVLABBAS ARRADIS BILLA f. Muḩadiri, f. Muḩadidi, fil. Mu affici, fil. Mutewakkeli.*



ATFR ejus genitrix dicta fuit Taluma. Creatus est Chalifa eodem die quo imperio depositus fuit patruus ejus Cahirus, die videlicet sexto Gjumada prioris, anni 322: & Consiliarium suum constituit Abualim f. Mucla, ac dimisit omnes illos qui in carcere Cahiri detinebantur.

Mahadis Rex Africanus obit.

Eodem anno vita excessit Abdalla Abu-Muhammed Mahadis, Fatimides, qui rerum potitus erat Cairavani, cujusque imperij initium jam ante explicuimus. Obijt autem decimo quarto die Rabij prioris, cum imperasset annos viginti quatuor, menses tres, & dies sex, atque annos natus esset quinquaginta tres. Mortuo autem Mahadi creatus est Chalifa, Mahadia, Casamus Abuabdalla Caiymus Bi-amrilla, filius Mahadis, avus Muazzi Lidinilla, Domini Aegypti.

Succedit ei Caiymus.

العشرون من الخلفاء العباسيين وهو الحادي والاربعون الراضي بالله ابي العباس احمد بن المقتدر بن المعتضد بن الموفق بن المتوكل \*

ام ولد يقال لها طلوم بويج له بالخلافة في اليوم الذي خلع فيه القاهر ذلك لست خلون من جمادى

الاولى سنة اثنتي وعشرين وثلاثمائة واستوزر ابا عبد الله بن مقله واطلق كلن كان في حبس القاهر قال وفي هذه السنة توفي المهدي ابي محمد عبد الله الفاطمي المتغلب بالقبروان وقد ذكرنا ابتدا امره وكان وفاته لاربع عشرة ليلة مضت من ربيع الاول وكانت مدة خلافته اربع وعشرين سنة وثلاثة اشهر وستة ايام وعمره ثلاثين سنة وما توفي المهدي بويج بالخلافة بالمهدية ولده القائم بامر الله ابي عبد الله القاسم بن المهدي وهو جد المغربيين الله صاحب مصر

Cc

Origo

وهو يقول ايها الناس تصدقوا علي بالامس كنت خليفتم وانا اليوم من فقرايكم قال وكانت وفاته في ايام المطيع لله ليلة الجمعة لثلاث خلون من جمادى الاولى سنة تسع ثلاثين وثلاثمائة ودفن في دار بن طاهر وكان عمره اثني وخمسين سنة \* وسبته كان ظالما سبي الراي اهو ج سفاكا للدماء قبيح السياسة محبا لجمع المال \* وبرزاه علي بن مقله ثم محمد بن القاسم بن عبد الله ثم احمد بن عبد الله الحصري حباه علي بن يلبق ثم سلامه الطولوني

قال المورخ مدة خلافته سنة واحدة وستة اشهر وخمسة ايام اولها يوم الخميس واخرها يوم الاربعاء لتتمة ثلاثمائة واثني عشرين سنة ومائة وثلاثة وعشرين يوما للهجرة ولتقام ستة الف واربعماية وخمس وعشرين سنة ومايتي وثمانية وثلاثين يوما شمسة للعالم

*subductus autem, cum parte aliqua gestipij reliquus, dicebat, O homines elemosynam mihi date, fui ego nuper Chalifa vester, nunc autem sum unus pauperum vestrorum. Obijt tempore Mutij Lilla, die Veneris, tertio Gjumada prioris, anni 339, & sepultus est in adibus filij Taberi, annos natus 52. Ad naturam ejus quod attinet. Iniquus fuit, pravi consilij, temerarius, crudelis, mali regimini, & collectioni pecunie studens. Consiliarij ejus fuerunt Alis f. Mucla, deinde Muhammed f. Casami f. Abdalla, & hinc Ahmed f. Abdalla Hasnæus. Janitores, Alis f. Ialici, & deinde Salamas Talutæus.*

Ejus obitus.


Natura.

Officiales.

*Chronologus ait eum imperasse annum unum, menses sex, & dies quinque, quorum initium dies fuit Iovis, finis Mercurij, elapsis annis Hegira trecentis & viginti uno, & diebus centum & triginta tribus, annis autem solaribus mundi sex mille, quadringentis, & viginti quinque, & diebus ducentis & triginta octo.*

Imperium.

FINIS LIBRI SECVNDI.



SARACE-

illicita; & deditus paganismo, uti ajunt, quod an verum sit, Deus novit.

Abutaberus.

Eodem anno exijt Abutaberus Caramita Princeps Hagjaræ contra peregrinantes, & magna eos clade affecit, ac spoliavit, & incolumis reversus est.

Saifuddaulas.

Eodem quoque anno tradidit Imperator Hasenus Abumammed Nasiruddaulas filius Abdalle, f. Hamadani, fratri suo Ali Abulhaseno Saifuddaulæ Majafarikinam, & Diarbectram. Et eodem etiam anno abiit Abubecrus Achsjidus f. Taagi, qui Syria potitus erat, in Aegyptum, eamque ingressus est, mense Ramadano, & subjugavit quoque, ita ut Aegyptum simul & Syriam possideret.

Achsjidus

Cœpit 30 Novemb. A.C. 935. Filius Rajici constituitur Imperator.

Anno 324 ad se venire jussit Arradis Billa Imperatorem Muhammedem f. Rajici, qui Wasiti erat, atque ibi dominabatur; cogente ad id eum necessitate, propter perturbationem imperij, & ineptitudinem Consiliarij ad eam dignitatem. Venit itaque filius Rajici Bagdadum, & constituit eum Arradis Imperatorem Imperatorum, commisitque ei administrationem regni, & jussit eum pro se concionari, super suggesto. induit quoque ei vestem dignitatis, ac dedit ei vexillum. Venit autem Bagdadum vigesimo quinto Dulhiggæ, & Scribam constituit Ahmedem f. Alis, Cuseum; curavitque ea omnia quæ curare soliti erant Consiliarij. Atque ab eo tempore dignitas Consiliarij Bagdadi obsolevit, neque remansit nisi nomen ejus; potestas autem omnis cessit Imperatoribus, qui rerum potiebantur. atque id duravit, donec florere desierunt Salgjuki, Bagdadi.

Cœpit 19 Novemb. A.C. 936.

Ineunte itaque anno 325 mundus in manibus erat Principum, qui Imperio se ingesserant, & Reges terræ erant. Quicumque enim urbem aliquam nanciscebatur, Regem se ejus nominabat, alios omnes arcens. Erant q. Basra, Wasitum, & Ahwaza in manu Abu Abdalle Baridæ, & fratrum ejus. Persia in manu Amaduddaulæ f. Bojæ, Dailami; & Wasmakini, fratris Mardawigi. Mausila, Diarrebria, & Diarbectra in manu filiorum Hamadani. Aegyptus, & Syria in manu Muhammedis Achsjidi, filij Taagi. Occidens, & Africa in manu Cajimi f. Mahadis,

Diffractio Imperij.

للحرمات مبطنا لمذهب المجوس كما  
ذكروا والله اعلم

قال وفي هذه السنة خرج ابن طاهر  
القرمطي صاحب هجر على الحاج  
فقتل منهم مقتلة عظيمة ونههم وعاد  
سالمًا

وفي هذه السنة سلم الامير ناصر الدولة  
ابن محمد الحسن بن عبد الله بن حمدان  
الي اخيه سيف الدولة ابن الحسن على  
مباقرين وديار بكر \* وفي هذه  
السنة قدم الاخشيد بن طمع الي مصر  
وكان مغلبا علي الشام فدخلها في  
رمضان وغلب عليها واجتعب له مصر  
والشام

قال وفي سنة اربع وعشرين وثلاثماية  
استدعي الرازي بالله الامير محمد ابن  
مرايق الذي كان يواظب مغلبا عليها لان  
الضرورات الجاته الي ذلك لاضطراب  
الامر عليه ولضعف من يلي الوزارة عن  
القيام بها فقدم بن مرايق بغداد وجعله  
الرازي بالله امير الامرا وفوض عليه  
تدبير المملكة وامر ان يخطب له علي  
المنابر وخلق عليه واعطاه اللوا وكان  
قدومه لخمس بقين من ذي الحجة  
واستكتب احمد بن علي ونظر فيما  
كان الوزير ينظرون فيه ومن ذلك  
اليوم بطل امر الوزارة ببغداد ولم يبق  
الا اسمها والحكم للامرا المتغلبين وبقي  
الامر كذاك الي ان انقرضت الدولتان  
الموتوية والسلجوقية ببغداد

ودخلت سنة خمس وعشرين وثلاثماية  
والديبا في يد المتغلبين وهم ملوك  
الارض وكل من في يده بلاد ملكه  
ومنع عنه \* البصرة وواسط والاهواز في  
يد ابي عبد الله البريدي واخوته  
وفارس في يد عماد الدولة بن  
بويه الديلمي ووسمكين اخي مردويج  
والموصل وديار ربعة وديار بكر  
في يد بني حمدان ومصر والشام في  
يد الاخشيد محمد بن طمع والمغرب  
واقربقبة في يد القائم بن المهدي

ابتدا دولة بني بوية \*

كان بويه صيادا ضعيفا من الديلم  
ويكفي ابا شجاع وتشبههما ذكر ينهي  
الي سابور ذي الاكتاف الملقب  
كرمان شاه بن سابور بن اردشهر ملك  
الفرس وبين بويه هذا وبين جبور مرت  
الذي هو عند الفرس ادم عليه السلام  
تسعة وتسعين جبلا وكان لبويه ثلاث  
اولاد ابن الحسن علي وابن علي الحسن  
وابن الحسن احمد فخذوا اجنادا وترقت  
حالهم الي ما كان وكنا ذكرنا  
مردوايچ ملك الديلم وما انتهى اليه  
امره وانضمام عماد الدولة ابي الحسن علي  
بن بويه اليه ثم خروجه بعد ذلك عليه  
ثم ان عماد الدولة بعد ذلك ملك حمدان  
واصبهان وقوي امرة ثم سار الي  
كاهرون بلد سابور فلكها وقوي امرة  
وقويت شوكتها وكنا قد ذكرنا في  
سنة خمس عشرة وثلاثماية مسيرة وسمكين  
اخي مردوايچ الي اصفهان وترحيلة عماد  
الدولة بن بويه عنها وبعد ذلك ورد  
كتاب من القاهر بتقليد مردويچ علي  
الري ومرقت وزبحان وابهر علي ان  
يفرح له عن اصبهان فاجاب الي ذلك  
مردويچ وامر اخاه بالرحيل عن اصبهان  
فبينما مردوايچ علي ذلك ان ورد عليه  
الخبر بخلع القاهر وخلافة الرازي فرد  
اخاه الي اصفهان وجهر اخاه وسمكين  
الي الري والاهواز وفارس ثم انه غزم  
علي مناجزة عماد الدولة بن بويه فرأي  
قومه وكثرة جيوشه فاجم عن ذلك  
وصالحه على انه يخطب له جميع  
اعماله بشرط انه يسير اليه رهينة تكون  
عنده

قال وفي سنة ثلاث وعشرين  
وثلاثماية كان مقتل مردوايچ ملك  
الديلم وذلك انه وثب عليه جماعة  
من غلمانه في الحمام فقتلوه على  
ثقله من اهلته ثم هربوا فلم يظفروا بهم  
وخلص الله المسلمين من مردوايچ لانه  
كان ظالما شجاعا مقداما ساجدا

Origo Nobilitatis filiorum Bojæ.

Fuit Bojas piscator pauper, Dailamus, vixitque primum venatione piscium, cognominatus Abusjugjais, & videtur, uti ajunt, genus ducere à Saburo Dulactafo cognominato Kirmansjabo filio Saburi, f. Ardsjiri Regis Persarum. atque inter hunc Bojam & Hajurmaratum, qui Persis est Adam f. m. generationes fuerunt centum. Habuit autem Bojas filios tres, Alim Abulhasenum, Hasenum Abualim, & Ahmedem Abulhasenum: qui ministrabant militibus, adeo vilis erant conditionis. Commemoravimus autem supra quomodo Mardawigus ad imperium pervenerit, atque ei se adjunxerit Alis Abulhasenus Amaduddaulas fil. Bojæ, & quomodo hic contra illum deinde rebellaverit. Postea cepit Amaduddaulas Hamadanam, & Isfahanam, crevitque imperium ejus: & adijt Cazerunam urbem Sabura, eaque est potitus, & imperio atque viribus auctus.

Bojæ genus.

Liberi.

Diximus quoque cum ageremus de anno 315; Wasmakinum fratrem Mardawigi adijisse Isfahanam, atque abegisse ab ea Amaduddaulam, f. Bojæ. Deinde autem allata sunt Mardawig litera à Cahiro, quibus Mardawigo obtulit Rayam, Marcabam, Zangjanam, & Abharam, ea lege ut is ipsi relinqueret Isfahanam: quam conditionem accipiens Mardawigus, jussit fratrem suum discedere Isfahana. Cumque in eo jam esset, ecce nuncius venit, de Cahiri depositione, & Chalifatu Arradis; itaque fratrem suum ilico remisit Isfahanam. ablegavit quoque eum Rayam, Ahwazam, & in Persidem. Deinde statuit fortiter oppugnare Amaduddaulam f. Bojæ. verum cū populum ejus considerasset, & multitudinem copiarum ejus, institutum mutavit, & pacem cum eo fecit; ea lege, ut relinqueret ei omnes ditiones ejus, isque ei pignus mitteret.

Mardawig litera à Cahiro.

Cum Amaduddaulo pacem facit.

Anno 323 occisus fuit Mardawigus Dailamorum Imperator. idque hoc modo accidit. Irruerunt in eum aliquot ejus servi, in balneo, eumque occiderunt, negligentibus eum suis, & in fugam se dederunt, neque prehensi sunt. Atque ita Deus liberavit Muslimos à Mardawigo; qui iniquus erat, strenuus, & audax, pronus ad

Moritur. Cœpit 11 Decemb. A.C. 934.

Abualis  
f. Muclæ.Dextra &  
lingua mu-  
tilatur.

Moritur.

Ter sepe-  
litur.Auctor  
fuit scrip-  
turae Ara-  
bicæ.

Eodem anno iussit Arradis præcidi manum & linguam Abuali filio Muclæ; quod ad Arradim scripsisset, uti prehenderet filium Raijci, & vocaret Iahcamum Turcam. Iudices itaque convocati, & hac de re consulti, censuerunt manum ei amputandam esse, quod Reip. detrimento studisset. itaque dextra ei abscissa est, & post aliquot dies lingua quoque. hinc diu mansit in vinculis, in loco quodam subterraneo arcis Imperialis. Ajunt autem illic apud eum fuisse puteum, cumque minister ei non esset, hausisse eum aquam manu sinistra, funem autem prehensisse ore suo. mortuus est mense Sjevato anni 329, & sepultus in arce Imperiali. sed effossus deinde suis traditus fuit, & sepelivit eum filius ejus Abulhasenus, domi sua. Hinc uxor ejus illum effodit, & domi sua sepelivit. atque ita mortuus ter sepultus fuit. Ajunt autem eum, cum Consiliarius esset, septem ictibus percussisse filium Sibudi, Lectorem, propter lectionem inconcinnam ei visam, atq; illum imprecaße ei, ut manu mutilaretur: id quod contigit. Dicitur quoque, cum manus ei abscinderetur, dixisse, Manus hæc, qua tribus Chalifis ministravi, & Alcoranum descripsi, amputatur, tanquam manus latronis. Atque hic filius Muclæ Auctor fuit scripturae Arabicæ. & primus traduxit scripturam Cufensem extraneam ad usum Arabum. sequutus autem eum est filius Bavabi, qui adijciens aliquid, ad perfectionem eam perduxit. fecit autem Abualis hic bona carmina, quorum unum hoc est.

Cum venerit mors ad tempus ei præfinitum, recede à dictis Medicorum.

Et si abierit in quo tu speraveras, spes is sit, qui fecit prudentes.

Nullum amarum in re ulla hominis amarius est amissione amicorum.

Eodem anno contendit Iahcamus Turca Bagdadum. sed bellum ei intulit Muhammed Abubecrus f. Raijci, qui cum in fugam versus esset, cepit Iahcamus Bagdadum. Possederat, autem filius Raijci Imperatoriam dignitatem, annum unum, menses decem, & dies 16. & Iahcamus ingressus Bagdadum, dignitatis veste ab Arradi

وفي هذه السنة امر الراضي بقطع يد الوزير ابي عيل بن مقله ولسانه وسببه انه راسل الراضي علي القبض علي بن رايق واستدعا يحكم التركي فاحضرت القضاة واستفتوا فيه فافتوا بقطع يده لسعيه في الفساد في الارض فقطعت يده اليه وبعد ايام قطع لسانه وبقي مدة طويلة معتقلا في موضع غامض في دار السلطان ويقال انه لحقه درب ولا خادم له وكان يستقي الماء بيده اليسرى ويمسك الحبل بجمه ومات في شوال سنة تسع وعشرين وثلاثماية ودفن في دار السلطان ثم نبش ودفن الي اهله فدفنه ابنه ابي الحسن في داره ثم نبشته زوجته ودفنته في دارها فدفن ثلاث دفعات بعد موته \* ويقال انه ضرب بن مقله ابن سبيود الفارسي سبع درهم في ايام وزارته لاجل قرأة انكرت عليه فدعا عليه بقطع اليد وكان كذلك ويقال انه لما قطعت يده قال يد خدمتي بها الخلفا ثلاث مرات وكتبتي بها القران تقطع كما تقطع يد اللصوص وابن مقله هذا هو صاحب الخط المشهور وهو اول من نقل الخط الكوفي المولد الطريقة العربية الحسنة ومعانيها وجاء بعده ابن البواب فراد في تعريبه وبلغ الغاية فيه ولاي علي بن مقله شعر جيد من جملة

ادا اتا الموت لميقانه فعد عن قول  
الاطبا \*

وان مضى من انت صب به فالصبر  
من فعل الالبا \*

ما مر بشي من بي آدم امر من فقد  
الاحبا \*

وفي هذه السنة قصد يحكم التركي بغداد فقاتله ابي بكر بن محمد بن رايق وانهم بن رايق واخذ يحكم بغداد وكانت مدة امارته من رايق سنة وعشرة اشهر وستة عشر يوما ولما دخل يحكم بغداد خلع عليه الراضي

Cc 3

indutus

والانداس في يد بني امية وخراسان في يد نصر بن احمد الساماني والهمامة والبحرين وهاجر في يد طاهر القرمطي وطرسستان وجرجان في يد الديلم ولم يبق في يد الخليفة وابن رايق غير بغداد وبطانت دواوين المملكة بالحصر ونقص لذلك قدر الخلافة وضعف ماكها. وعمر الحراب لذلك وصارت الاموال تجل الي خزائن الامرا فباثرون فيها ويطاقون النفقات السلطانية علي حكم اخبصارهم وعطلت بيوت الاموال

وفي هذه السنة انحدر الراضي الي واسط وتبعه الامير محمد بن رايق لقتال ابي عبد الله البريدي ثم وقع الصلح بينهما على ثلاثماية آلف وستين الف دينار يحملها في كل شهر ثلاثين الف دينار وان يسلم الجيش الذي معه الي من يומר بتسليمه اليه ثم عاد الراضي وبن رايق الي بغداد ثم توجه ابن عبد الله البريدي الي البصرة ملكها واستولى عليها

وفي هذه السنة دخل ابي طاهر القرمطي الي الكوفة ووقع الاتفاق بينه وبين رايق علي ان تجل الي القرمطي كل سنة من بغداد مائة وعشرين الف دينار

وفيها سمر ابي بكر بن رايق يحكم التركي في جيش كتيف لقتال البريدي فهرب البريدي واستولى بن رايق على البصرة والاهواز فصار البريدي الي عماد الدولة مستصرحا فبعث معه عماد الدولة اخاه معين الدولة احمد بن بويه لفتح الاهواز فحصنها بن رايق وضدها ليحكم بشرط ان تجل اليه كل سنة ثمانية وثلاثين الف دينار وفي سنة ست وعشرين وثلاثماية غلب الامير معين الدولة بن بويه علي الاهواز وبقيت البصرة بيد البريدي واستقر يحكم بواسط وجمع بن رايق اطرافه ببغداد

Hispania in manu filiorum Omimie. Chorrasana in manu Nasri f. Ahmedis, Samanai. Jamama, Bahraina, & Hagjara, in manu Taberi Caramite. Tabristana, & Gjorgjana, in manu Dailamorum. neque mansit in manu Chalife, & filij Raijci quidquam, præter Bagdadum. & abolita sunt telonia regni: unde & potentia Chalifatus diminuta est, & debilitatum regnum; & rapina viquerunt. Pecunia autem omnis portata est in gezophylacia Imperatorum, qui, pro libitu suo, de ea disponebant, & impensas imperiales omnes faciebant. ac evacuata sunt araria

Eodem anno descendit Arradis Wasitum (sequente eum Imperatore Muhammede f. Raijci) oppugnatum Abuabdallam Barideum. sed pacem deinde fecerunt, ea lege, ut Abuabdalla trecenta & sexaginta aureorum Chalifa afferret millia, triginta scilicet millia singulis mensibus; utque eum, quem apud se habebat, exercitum, illi traderet, cui eum tradere juberetur. Hinc reversi sunt Arradis, & filius Raijci Bagdadum. at Abuabdalla Barideus deinde profectus Basram, eam cepit, & dominium ejus acquisivit.

Eodem anno ingressus est Abutaherus Caramita Cufam, & pacem fecit cum filio Raijci, ea lege, ut quotannis Bagdado ad se afferrentur centum & viginti aureorum millia.

Eodem quoque anno misit Muhammed Abubecrus f. Raijci Iahcamum Turcam, cum numeroso exercitu, bello persequutum Barideum: qui cum in fugam se dedisset, nactus est filius Raijci Basram, & Ahwazam. Recepit autem se Barideus ad Amaduddaulam, opem ab eo petens. misitque Amaduddaulam cum eo fratrem suum Ahmedem Muinuddaulam, f. Boje, ad capiendam Ahwazam, quam filius Raijci muniaverat, dederatque Iahcamo pro triginta octo aureorum millibus, in singulos annos.

Anno 326 expugnavit Imperator Muinuddalas f. Boje Ahwazam. mansitque Basra in manu Baridei. & commoratus est Iahcamus Wasiti. filius autem Raijci vires suas collegit Bagdadi.

Eodem

Barideus  
pacem re-  
dimit ab  
Arradi.

Rebellat.

Abutaher-  
us.Iahcamus  
fug at Bari-  
daum.Cæpit 8  
Novemb.  
A.C. 937.

Deinde pacem fecerunt filius Rajci, & Achsjidus, ea conditione, ut filius Rajci traderet Achsjido Ramlam, reliquam autem Syriam ipse possideret; & Achsjidus quotannis ei ferret 140 aureorum millia.

Cœpit 6 Octobris. A.C. 940. Arradis obitus.

Anno 329 mortuus est Arradis Billa ex hydropo; potissima tamen causa morbi ejus fuit frequentia Veneris. obiit autem die Sabbathi, decimo sexto Rabij prioris, cum imperasset annos sex, menses decem, & dies decem; & natus esset annos triginta, & aliquot menses. Naturam ejus quod attinet. munificus fuit, & liberalis, eruditus, & poeta magna eloquentia, & gaudens presentia & conversatione eruditorum, ac multis virtutibus præditus. Inter alia ejus carmina & hoc est

Natura.

Ne reputa mihi honorem meum, supra nobiles. lucrum laudum merces est nobilem.

Curro, ac si ego sim hominibus antecessor, & extruo quod stabili-verunt majores.

Etenim ego de populo illo sum cui associatur interitus & successio.

Item & hoc longe elegantissimum.

Palescit facies mea, cum intuentur eum oculi mei, rubescit autem gena, pudore.

Ita ut qui in rotundo genæ est sanguis, de corpore meo eò transferatur,

Fortuna.

Administratio imperij tota fuit penes Prefectos ejus, quos ille sorte dirimebat. Atque hic Arradis multas res ultimus inter Chalifas prestitit. Nam ultimus egregios fecit versus: ultimus sua solius auctoritate de exercitibus, & pecunijs disposuit. ultimus concionatus est, in suggesto, die Veneris. ultimus sedit cum sedentibus, & pœnitentiam egit cum pœnitentibus. ultimus impensas fecit, munera dedit, servos & culinas habuit, more antecessorum suorum. Nam qui post eum Chalifatui præfecti sunt, ad tempora usque Moctafis, eos scito nihil habuisse in Iraca, atque alijs provincijs, præter nudum titulum; regimen autem omne fuisse penes Reges illos, qui imperio potiti sunt. Consiliarij ejus fuerunt Abualis f. Muclæ: at hunc deindeprehendit, & tractavit, sicuti ante dictum est.

Officiales.

ثم وقع الصلح بين بن رايق والاشخيد علي ان يسلم بن رايق الاشخيد الرملة ويكون باقي الشام لابن رايق ويحمل اليه الاشخيد كل سنة مائة الف واربعين الف دينار

وفي سنة تسع وعشرين وثلاثماية توفي الراضي بالله بعلة الاستسقاء وكان اقوي سبب علته كثرة النكاح وكانت وفاته ليلة السبت لاربعة عشرة ليلة يقبت من ربيع الاول فكانت مدة خلافته ست سنين وعشرة اشهر وعشرة ايام وكان عمره اثني وثلاثين سنة وشهورا \* سيرته سمحا جوادا دينيا شاعرا كثير الفصاحة يحب معاداة العلماء ومخالطتهم ذاقا فضائل حمة ومن جملة شعره لانعدني كرمني علي الاشراف مريح

المحامد متجر الاشراف \* اجري كافي للخلايق سابقا واشهد ما قد وثقوا الاسلاف \* اني من القوم الذين الغم معناده الانلاف والاخلاف \*

ومن شعره ايضا وهو معني بديع الي الغاية يصغر وجهي اذا تاملت طرفي فيهمر خده خجلا \*

حي كان الذي بوجنته من دم جسمي اليه قد نقل \*

وكان اولياء مستندين بامور المملكة وهو يضرب بينهم وبختم الراضي الخلفاء في امور عدة منها انه اخر خليفة له شعر مدون واخر خليفة انفر بتدبير الجيوش والاموال واخر خليفة خطب علي منبر يوم الجمعة واخر خليفة جالس الجلسا ونام الندما واخر خليفة كانت نفقته وجوايزه وخدمته ومطابخه علي ترتيب الخلفاء المتقدمين واعلم ان من ولي الخلافة بعد الراضي الي زمن المفتي لم يكن لهم بالعراق وغيرها الا مجرد الاسم والتدبير للملوك المتغلبين \* ووزراؤه ابن علي بن مقله ثم قبض عليه وفعل به ما تقدم

Hinc

وسماه امير الامرا واستمر له الامر واستكتب يحكم محمد بن يحيى بن شبراز تدبير الاحوال فقام مقام الوثر من غير تسمية الوزارة

قال وفي هذه السنة كانت هدية بين المسلمين والروم وحصلت المفاداة فخاص من الفريقين خلق عظيم من الاسر

وفي سنة سبع وعشرين وثلاثماية خرج الراضي والامير يحكم واصحابه واقتتل هو وناصر الدولة فانهم ناصر الدولة وتبعه يحكم الي الموصل ثم بلغ نصيبين ونصبي ناصر الدولة علي وجهه الي امد وسامر الراضي حتي وصل الموصل ونزلها فظهر بوبكر بن رايق ببغداد وكان مستترا بها فصالح يحكم ناصر الدولة بن حمدان علي ان يحمل اليه ناصر الدولة خمسمائة الف دينار وعاد الراضي ويحكم الي بغداد وجري بينهم وبين بن رايق مراسلات اخرها ان الصلح وقع على ان يعطي بن رايق طريق الفرات وجند قنسرين والعوامم

وفي هذه السنة حج الناس من طريق الفرات وكان الحج قد بطل بسبب القرامطة من سنة تسع عشرة وثلاثماية فمرل ابو طاهر القرطبي في هذا السنة بدره الحاج على خمسة وعشرين الف دينار فاجب الي ذلك

وفي سنة ثمان وعشرين وثلاثماية سار الامير الاشخيد ابوبكر بن رايق الي حمص فلكها ثم الي دمشق ثم الي الرملة ثم الي عريش مصر فلقيه الامير الاشخيد محمد بن طمع صاحب مصر والشام فتحاربوا يوم الاربعاء نصف رمضان فانهم الاشخيد واشتغل الناس في النهب فخرج عليهم كمين الاشخيد فاوقع بينهم وهمهم وقتل منهم جماعة واقتل بن رايق في سبعين رجلا وصار الي دمشق وكانت وقعة بين بن رايق وبين ابي نصر اخي الاشخيد بالاجون في ذي القعدة فانهم ابن نصر وقتل اكثر اصحابه

indutus fuit, & Imperator Imperatorum nominatus: cœsitque ei Imperium. Scribam constituit Muhammedem f. Iahja, f. Sjirazadi, ad gerenda negotia, ita ut pro Consiliario esset, licet ita non vocaretur.

Eodem quoque anno pax facta est à Muslimis & Romanis. contigitque captivos dimitti, quorum magnus admodum numerus utrimque liberatus fuit.

Inducit Muslimorum cum Romanis.

Anno 327 exijt Arradis, cum Imperatore Iahcamo, & militibus ejus, ac bellum gessit cum Nasiruddaulo, quem in fugam versum, persequutus est Iahcamus, Mausilam versus, deinde pervenit Nasibinum, & abiit Nasiruddaulas Amidam. Arradis autem perrexit donec venit Mausilam, eamque obsedit. Interim prodijt Abubecrus f. Rajci, Bagdadi, ubi latuerat. & pacem fecit Iahcamus cum Nasiruddaula f. Hamadani, ea lege, ut ei afferret Nasiruddaulas

Cœpit 28 Octobris. A.C. 938.

Filius Rajci emergit.

quingenta aureorum millia. Deinde reversus est Arradis cum Iahcamo Bagdadum; multisque ab ijs & filio Rajci ultro citroque missis literis, tandem pax facta est, ea lege, ut filio Rajci daretur Via Euphratis, Provincia Kinnastrina, & Anasima.

Pacificitur cum Iahcamo.

Eodem anno peregrinati iterum sunt Abutaher homines à Via Euphratis, cum peregrinatio religiosa jam cessavisset, propter Caramitas, inde ab anno 319. Abutaherius autem hoc anno peregrinantium præsidio nihil se damni illaturum promisit, pro viginti quinque aureorum millibus.

rus.

Anno 328 abiit Abubecrus fil. Rajci Emissam, eamque cepit, hinc Damascum, deinde Ramlam, post Arisjam Aegypti; ubi occurrit ei Muhammed Achsjidus f. Taagi Princeps Aegypti & Syriæ: commissoque prælio die Mercurij, medio Ramadani, in fugam versus est Achsjidus. cumque milites jam toti essent in direptione, prodijt ex insidijs quidam militum ejus, eosque de improvise adorsus est, & in fugam vertit, non paucis interfectis. evadens autem filius Rajci, cum 70 viris, se recepit Damascum. Hinc pugna commissa est à filio Rajci, & Abunasro fratre Achsjidi, in Lagjuna, mense Dulkiada: & in fugam versus est Abunasrus, majore militum ejus parte cæsa.

Cœpit 18 Octobris. A.C. 939.

Deinde

eaque recuperant.

ita ut aurum eorum, atque argentum, ob multitudinem, ponderarentur magna libra. ea autem omnia coniecit in cistas, & vexit ad Achsjidum. Sed Episcopus Tinnisi adiit Scribas quosdam, in Aegypto, qui intercedentes apud Achsjidum hoc effecerunt, uti pro quinque aureorum millibus sua illis supellex restitueretur. itaque de facultatibus ecclesie vendiderunt quantum ad summam illam conficiendam requirebatur: eamque attulerunt ad Achsjidum, qui cum intellexisset Episcopum possessiones illas nimis vili pretio vendidisse, ut qui iniquus erat, misit Tinnisum, petijtque ab emptoribus id quod iusto pretio deerat; & summam aliam ab ijs accepit. Cum itaq; viderent Christiani dissidia sua hujus rei causam esse, pacem fecerunt, & convenerunt in uno templo.

& inter se reconciliantur

Templum Afcalonis vastatur.

Eodem anno tumultum excitarunt Muslimi, Afcalone, atque irruerunt in templum quoddam magnum quod ibi erat, vocatum Templum viride Maira, idque destruxerunt, & diripuerunt quaecunque in eo erant, opem ijs ad hoc ferentibus Iudaeis, qui ligna accensa rotis in tetum traxerunt, ita ut totum deflagaverit. Episcopus autem fugit Ramlam, atque ibi mansit donec obiit.

CAPVT SECVNDVM.

Vigesimus primus Abbafidarum & Chalifa quadragesimus secundus IBRAHIMVS ABV-ISHACVS MOCTAFIS BILLA, f. Muftadiri, f. Mutadidi, fil. Muaffici, fil. Mutewakkeli.

MATER ejus genitrix dicta fuit Haluta. Creatus est Chalifa eo die quo obiit frater ejus Arradis Billa, die scilicet decimo septimo Rabij prioris, anni 329: quo tempore regnum administrabat Iahcamus Turca. neque cessit Moctafi quidquam, praeter nudum Chalifa nomen. Eodem anno exijt Iahcamus venatum, & occurrit Schythis quibusdam iter

facientibus, uti an ذهبها وفضتها ووزنت بالقبان لكثرتها وعبى القايد جميعها في الاقفاص وتوجه بها الي مصر الي الاخشيد فضي اسقف تنبس الي جماعة الكتاب فترسطوا الحال مع الاخشيد علي خمسة الف دينار ويعاد اليهم موجودهم فاجاب الي ذلك واياموا من الوقوف والعبارات التي للكنائس بقيمة المبلغ وجملة البه وبلغ الاخشيد ان الاسقف اباع الاملاك بدون قيمتها وكان ظالما فامرسل الي تنبس وطالب المشتريين بتفاوت الثمن واخذ منهم جملة اخري فلما علموا ان شقاقتهم اوجبت هذا اصطالحوا واجتمعوا الي كنيسة واحدة

وفي هذه السنة تار المسلمون بعسقلان علي كنيسة بها كبرية تعرف بكنيسة مريم الخضراء فهدموها ونهبوا جميع ما فيها وعاضدوهم اليهود علي ذلك وكان اليهود يشعلون النار في الاحطاب ويجرونها بالبكرات الي الاسقف حتي احترقت جميعها وهرب الاسقف الي الرملة واقام بها الي ان مات

الحادي والعشرين من الخلفاء العباسيين وهو الثاني والاربعون المقتفي بالله ابن اسحق ابراهيم بن المقتدر بن المعتضد بن الموفق بن المتوكل \*

ام ولد يقال لها جلوت واما بوبع بالخلافة يوم توفي اخوه الراضي بالله لاربع عشرة ليلة بقيت من ربيع الاول سنة تسع وعشرين وثلاثمائة وتدبير المملكة يومئذ ليحكم التركي وليس المقتفي الا اسم الخلافة وفي هذه السنة خرج يحكم الي الصيد فلقى قوما من الاكراد ماشيين

D d facientibus,

ذكرة وتغلب بن رايق ثم يحكم التركي وصار اليها تدبير الملك وبطلت الوزارة ولم يبق الا اسمها من يومئذ حجاب محمد بن ياقوت ثم دكا مولاه \* قال المورخ مدة خلافته ست سنين وعشرة اشهر وعشرة ايام اولها يوم الخميس واخرها يوم السبت لتمة ثلاثمائة وثمان وعشرين سنة وخمسة وسبعين يوما للهجرة ولتنام ستة الف واربعمائة وثلاثين سنة ومائة وثلاثة عشر يوما شمسية للعالم

*magnis contra fratrem processit, obvique invicem facti sunt prope Mahdanum. & victoriâ Muhammedo obtingente Barkyarucus cum 50 equitibus fugam cepit: ita ut regnum ipsi abrogatum ad Muhammedum redierit 14 die Rajabi. Deinde cum Barkyaruco magna turba se adjunxisset, contra eum exercitum adduxit frater ipsius Sangjarus: quo in fugam coniecto, Barkyarucus matrem fratrum suorum Muhammedi & Sangjari captivâ cepit. Sed Sangjarus complures Barkyaruci milites jam captivos tenebat. Dixit itaque Barkyarucus noverca sua, ego te captivam abduxi ut frater meus, quos detinet, dimittat, quod fecit Sangjarus, atque ita Barkyarucus libertati restituit matrem illius.*

*Anno 494 Franci Hissam armis, Arsum vero pacâ securitate occuparunt, potiorque pars maritimi tractus in potestatem illorum venit.*

*Anno quadringentesimo nonagesimo quinto vita defunctus fuit Mustalis Billa, Princeps Aegypti die decimo septimo Safari, duravitque imperium ejus septem annos & duos menses. Mortuo autem Mustali fugit frater ejus Berarus Abulmansor f. Mustansiri Billa ad Arcem Alexandrinam, cui tum præerat Astekinus servus Afdali Stratiarchæ: Berarus autem securitatem Alexandria promulgavit, unde & Mustafidinus cognominatus fuit: qua de causa eum Astekinus inauguravit. Afdalus autem ad obsidendum eum se convertit, usque dum Alexandria potiretur, & Berarum cum Astechino prehenderet, de quibus postea nihil perceptum fuit. Inauguratus vero in Chalfatu fuit Alis Abulmansor f. Mustalis f. Mustansiri f. Thabiri, f. Hakimi in Aegypto, eodem die quo pater ejus è vivis excessit, atas illius tunc temporis erat 5 annorum. Afdalus vero Stratiarcha præpositus imperio ejus & præfectura fuit, bello, opibus & regnorum gubernatione ipsi commissis.*

*Hoc eodem anno pervenerunt Franci Tripolim, eamque obsederunt quam arctissimè, ejusque tum Princeps erat Fecharummelicus fil. Amari; cui, Muslimis ab eo in auxilium vocatis, exercitus à Damasco succurrit nomine Decaci Sjem-*

**Cæpit 6 Novemb. A. C. 1106**

**Cæpit 26 Octobris. A. C. 1107**

Berarus frater Mustalis imperium ambiens præhæditur.

Prehendi- tur ab Afdalo Stratiarcha.

Alis Abulmansor post mortem patris Mustalis Chalfatum obtinet.

Franci Tripolim obsident.

Sjem-

processit, universus enim littoris tractus in potestate illorum erat, quam ob rem Rex Muhamed Gajattuddinus virum quendam nomine Mududum, ad bellum ijs inferendum excitavit, qui cum Damasco appropinquaret Batijna eundē obrutum superavit & interemit, quod accidit anno 505.

Cœpit 17 Iunii. A. C. 1113. Roduwanus f. Fecharmuluci f. Regis Tagjuddaulæ f. Nisi f. Barselani f. Davidis f. Michaëlis f. Salghuci Princeps Halebi. cœsitque deinde imperium filio ipsius Tagjuddaulæ, qui cognominatus erat Abrasus. quo anno 508 occiso arcem Halebi, atque urbem occupavit Lulus famulus Tagjurruwoufa f. Gjelali, deditque imperium Rex Sjabus fil. Rodovani.

Cœpit 27 Maij. A. C. 1115. Ababacus Bagdadum venit. Anno 509 Ababacus Tagtakinus Dominus Damasci petijt Bagdadum, ut servitium offerret Chalifa Mustadiro Billa, & Regi Muhammedi Gajattuddino, qui postquam eum honore & dignitate affecerunt anno 510 Damascum reversus fuit.

occiditur Lulus. Eodem anno vita privatus fuit Lulus Princeps Halebi prope Balisum; discesserat autem Halebo, qui arcis Gjafari composiferet: post eum vero arcem Halebi tenuit scriba exercitus Abumæalis f. Melehi.

Cœpit 5 Maij. A. C. 1117. Anno 511 venit Halebum in potestatem Principis Bulgari f. Aryci, qui imperio ejus per quinquennium præfuit.

Obit Gajattuddinus. In eundem annum incidit obitus Regis Muhammedis Gajattuddini f. Melicsjahi Salghucide, idque isfehane mense Dulhagja, postquam ad 37 annos ejus vita durasset, filioque suo Mahmudo Abulcasemo regnum consignasset, relinquens in thesauris 11000000 aureos & tantundem ex suppellectile & mundo. Oratumque pro filio ejus Bagdadi fuit die Veneris, qui erat 23 Muharrami, anni 512.

Cœpit 24 Aprilis A. C. 1118. Obit Chalifa Mustadirus Billa. Anno 512 mortuus fuit Mustadirus Billa Imperator fidelium, idque 23 Rabij posterioris, postquam Chalifatui ad 24 annos & tres menses præfuisset, & 41 annos cum aliquot mensibus vixisset. ita ut inter mortem Regis Muhammedi & Chalife

وصارت جميع سواحل بايدهم فجهد السلطان غيات الدين محمد لحرهم رجلا يقال له مودون فلما وصل إلى دمشق وثب عليه الباطينة فقتله وكانت مقتله في سنة خمس وخمسمائة.

وفي سنة سبع وخمسمائة كانت وفاة الملك فخر الملوك رضوان بن الملك تاج الدولة نيس بن البرسلان بن داود بن مبيكاييل بن سلجوق صاحب حلب فلما بعدها ولده تاج الدولة المعروف بالاحرس وقتل في سنة ثمان وخمسمائة فتسلم قلعة حلب والمدينة لولون خادم تاج الرويسا بن الجلال واسلم المملكة السلطان شاه بن رضوان.

وفي سنة تسع وخمسمائة سار ظهير الدين ابايوك طغتكين صاحب دمشق إلى بغداد لخدمه الخليفة المستظهر بالله والسلطان غيات الدين محمد فاكراه واخلاعا عليه ثم مرجع إلى دمشق في سنة عشرة وخمسمائة.

وقبها قتل لولون صاحب حلب قريبا من بالس وكان قد توجه من حلب مريدا قلعة جعفر فجلس بقلعة حلب بعده كاتب الجيش ابن معالي بن الحلي. وفي سنة احد عشر وخمسمائة سلمت حلب للامير بلغاري بن اريق فاقام متملكا لها خمس سنين.

قال وفي هذه السنة كانت وقاه السلطان غيات الدين محمد بن ملكشاه السلجوقي وذلك باصفهان في ذي الحجة وعمره سبعة وثلاثين سنة بعد ان عهد بالسلطنة لولده ابن القاسم محمود بن محمد وخلف في خراينه احد عشر ألف ألف دينار ومن العروض مثلها فخطب لابنه السلطان محمود ببغداد يوم الجمعة لسبع بقين من الحرم سنة اثني عشر وخمس مائة.

قال وفي سنة اثني عشر وخمسمائة كانت وفاة المستظهر بالله امير المؤمنين وذلك لسبع بقين من ربيع الآخر وكانت وكان عمره احد واربعين سنة وشهور وكان بهن وفاة السلطان محمد وبين وفاة الخليفة Musta.

قال وفي سنة ثمان وتسعين واربع مائة كانت وفاة السلطان بركياروق بن ملكشاه بن البرسلان بن داود بن مبيكاييل بن سلجوق صاحب العراق وبلاد العجم وكان عمره اربع وثلاثين سنة بعد ان عهد بالسلطنة لولده جلال الدولة وكان عمره اربع عشرة سنة واقام ايام مملوك ابيه بتدبير ملكه ولما بلغ السلطان محمد وفاة اختبه بركياروق قدم طالبا بغداد فجمع ايام في خمسة وعشرين الف فارس للغايبه قاشير عليهم بالصلح فصالح السلطان غيات الدين محمد على امور تغربت بينهما ودخل السلطان محمد إلى بغداد واستقرت له بها السلطنة فلما استتب امره قبض ايام فقتل وصفت له الدنيا ولم يبق له منارح وخلع عليه امير المؤمنين المستظهر بالله خلع السلطنة فولاه علي ما ورا باه. وفي سنة احد عشر وخمس مائة التقى السلطان غيات الدين محمد بن ملكشاه والامير سيف الدين صدقه دنيس بن علي بن يزيد الاسدي صاحب الحلة فقتل بن دنيس وانقرمت اصحابه وكانت مدة امره اثني وعشرين سنة وكان عمره سنة وخمسين سنة.

وفي سنة اثني وخمسمائة كان استيلا الفريج علي طرابلس بالامان وكان مدة حصارهم لها سبعة سنين وذلك بعد ان في من فيها من شدة الضيقة والجوع والقتل وكان مدينة عظيمة منتلبة من المسلمين والعلماء. وفي سنة ثلاث وخمس مائة استولا الفريج على حصن تكاد وحصن المبنطرة وتقرر ان يحل اهل حصن مصباف وحصن الاكراد للفريج قطبة مقررة معينة في كل سنة واقام الفريج علي هذا مدة ثم نكثوا وغدروا. وفيها تسلمت الفريج بيروت وملكوها بعد حصار شديد.

وفيها توفي قراجا صاحب حصن قراجا وفي سنة اربع وخمسمائة تسلمت الفريج صيدا وبردبا واستعمل امرهم ببلاد الشام

Anno quadringentesimo nonagesimo octavo obyt Rex Barkyarucus fil. Melicsjahi f. Barselani fil. Davidis f. Michaëlis Salghucides, cui parebat Iraca & terra Barbarorum, postquam vixisset annos 34 filioque suo Gjelaluddaula regnum assignasset, cujus tum atas erat 14 annorum; regnique gubernationi praefectus fuit Eyadus patris servus. sed cum Muhammedus obitum fratris sui Barkyaruci percepisset, venit petiturus Bagdadum. sed Eyadus 25 equitum millia contra coegit; ita ut consultum ipsis visum fuerit inire pacem, qua certis conditionibus inter ambos stabilita fuit. Ingressusque Rex Muhammedus Bagdadum fuit, ubi cum imperium ipsi confirmatum foret, Eyadum prehendit atque interemit. atque ita ipsi subditi paruerunt nemine adversante, eumque inauguravit Imperator fidelium solennitate regali & aula eundē praefecit sua.

Cœpit 23 Septemb. A. C. 1104. Barkyarucus moritur.

Succedit filius Gjelaluddaulas.

Muhammedus regno potitur.

Anno 501 Rex Muhammedus Gajattuddinus fil. Melicsjahi congressus fuit cum principe Sadeca Seifuddino f. Denisi f. Alis f. Ieridi Elaslao, qui imperabat Hella. sed ut interfectus fuit, socij ejus fugam cepere: substitit autem imperium ejus 22 annos, ejusque vita 56 annos.

Cœpit 22 Augusti. A. C. 1107. Rex Muhammedus cœdit Principem Sadecam.

Anno 502 Franci urbis Tripoli, promissa incolis salute, potiti sunt, post septennij obsidionē, propterea quod perijissent, qui in ea fuerant, pra nimia angustatione, fame, atque internecone. Erat autē urbs magna & referta Musliminis & viris eruditis.

Cœpit 11 Augusti. A. C. 1108. Franci Tripolim subjugant.

Anno 503 Franci arces occuparunt Acadū & Minattaram, pactumque fuit ut incolae arcium Mesijasa, & Acradi Francis quotannis tributum certum corā afferrent. in eoque Franci aliquandiu cum substitissent fœdus ruperunt circumventione utentes.

Cœpit 31 Iulij. A. C. 1109. Franci arcibus quibusdam tributum imponunt.

Eodem anno post arctum obsidium Franci subjugarunt Berytum.

Berytum capiunt.

Eodem anno è vita excessit Coragja Princeps Emessanus, cujus imperio successit Samson Harbanus filius ipsius.

Coragja princeps Emessae obit.

Anno 504 expugnarunt Franci Sidona, & Rardijam iisque regnū in Syria feliciter

Cœpit 20 Iulij. A. C. 1110. Francorū in Syria regnum floret.

procef-

at qui oblatione fungebantur non inclinabant sese; ille vero, ut fieret, precipiebat.

Christiani  
cujusdam  
Mercatoris  
Historia.

Tempore Amri Biamrilla venit à Tecri-  
ta Christianus quidam Mercator Syrus, cui  
nomen Tybo erat fil. Iosephi, qui sarcinas  
secum advexit vestium Attalicarum, stola-  
lasque sericas confectiois indica atque ara-  
bica, easque diversorum generum; & Cha-  
lifa ex optimis obtulit, quæ illius similes  
decebant, qui propterea honore eum & be-  
neficientia compensavit: illumque ut coram  
se venire iussit, oratione ipsius & doctrina  
multum delectatus fuit: ita ut locum illi in  
Aegypto imperaverit, ubi commercium  
ejus à tributis immune foret. ideoque illi  
benevole concessit pagum quendam è ditio-  
ne Hufæ vicinum Dimaso, cui Buhida no-  
men erat. Tybus autem Elcahiræ commo-  
ratus fuit usque ad obitum Chalifa Amri  
Billa. unde commigrans Sanmutia sedem  
fixit, atque ex incolis ejus uxorem duxit,  
ex qua filium suscepit cui Carwynæ nomen  
indidit; diemque ut obiit suum in templo  
Sanmutiæ sepultus fuit. filius vero illius  
adolescens notariatus studuit arti & Curia  
operam locavit suam, filiumque genuit,  
quem de Avi nomine Abulybum appella-  
vit, qui Notarius quoque industrius evasit  
& gnatus; ita ut Elcahiram se ad Proceres  
reciperet, quibus inserviebat frequens: cum  
vero ingenium ejus & prastantiam opera  
perspexissent, inservitum Senatui Arabici  
eum adscivere; ad quem ut venit, 7 annos  
& aliquot menses ibidem versatus fuit,  
agricultor etiam & pecuaria incumbens;  
ita ut conditio & res ejus conspicua cele-  
brisque evaderet, nam opes illius erant  
20000 aureorum, vendiditque omnia quæ  
in pecore, alijs possessionibus & numeribus  
tenebat, & summam inde provenientem  
secum transportavit. eâ sententiâ, ne offi-  
cio Curiae incumberet, neque etiam docuit  
liberos artem notariatus. Et enim erant illi  
quinque filij, ex quibus 4 Episcopatu functi  
sunt; natu vero minimus Abulmecarimus  
pecoribus gaudebat, sementibus & apia-  
rijs, & quidem abveorum numerus mille-  
narium excedebat. duxit autem uxorem  
sororem Simeonis Macijni f. Calijli f. Macaræ è familia Michaëlis Basjuvi: quia pa-  
gus ille antiquitus Basjuva dicebatur, eratque in eo templum cognomine Michaëlis:

وكان الأمير سغاري لا يطوي قامر ان  
يطوي  
قال وفي ايام الامر بالله قدم من  
تكريت رجل نصراني سرياني تاجر  
اسمه طيب بن يوسف ومعه اجمال  
كثيرة من الثياب العتالي والابران الحرير  
عمل الهند واليمن واصناف كثيرة فقدم  
للخليفة من اجودها ما يصلح لمنه فخلع  
عليه واحسن عليه وعوضه عن تقدمته  
واستحضرة فاعجبه كلامه وادبه فامر  
بالمقام قصر ورسم بان يسامح بها على  
متاجره من الحقوق وانعم عليه بقرية من  
اعمال الخوف اسمها بهيدة مجاورة  
لدماص فاقام الشيخ طيب بالقاهرة  
المحروسة الي ان مات الخليفة الامر بالله  
فانتقل وسكن سفوطية وتزوج من  
اهلها ومزق ولدا سماه قروينة ومات  
الشيخ طيب ودفن بكنيسة سفوطية  
وانتشا ولده قروينة واشتغل بصناعة  
الكتابة وتصرف في الخدم الديوانية  
ومزق ولدا سماه ابن الطيب باسم جده  
وكان كاتباً حاداً قانياً ومزق  
القاهرة واجتمع بالاكابر وخدمهم  
وتردد اليهم فلما ران عقله وحده وحسن  
تصرف استخده صااحب ديوان العربية  
فخرج اليها واقام بها سبع سنين واشهر  
ورغم بيبة الزراعات وكثرة المواشي  
وظهر حاله واشتهر امره ومناله عشرين  
الف دينار فاباع جميع ما يملكه من  
المواشي والاملاك والاثوات وحمل المبلغ  
والزم انه لا يتصرف في الخدم الديوانية  
ولا يعلم اولاده صناعة الكتابة وكان  
له خمسة اولاد فصار منهم اربعة اساقفة  
واصغرهم ابن المكارم كانت له مواشي  
وزراعات وخالها لجل قريد قبي الف خلية  
وتزوج احدى المكين سقان ابن كلبل  
ابن مقارة من اهل ميكايل بشو لان  
اسم القرية قديم بشو وكانت بها  
كنيسة علي اسم ملال ميكايل  
quod

المستظهر بالله اربعة اشهر وايسام سبرته  
رضي الله عنه كريم الاخلاق لين  
الجانب سخي النفس محب للعلماء منكر  
للظلم فصيح اللسان وكثير الصدقات  
قال المورخ ان مدة خلافته خمسة  
وعشرين سنة وثلاث اشهر وسبعة ايام اولها  
يوم السبت واخرها يوم الاثنين لثة خمس  
ماية واحد عشر سنة وسبعة اشهر ويومين  
للهجرة ولثة ستة الف ستماية تسعة وستين  
سنة واحد عشر شهر وتسعة عشر يوماً  
شمسية للعالم

والذي ورد تواريخ النصارى ان  
قدم لهم بطركا اسمه مقاري على  
الاسكندرية للبعاقية في السنة الثمانية  
من خلافة الامر بالله صاحب مصر  
وكانت تقدمته بدير ابي مقاري يوم  
الاحد ثالث عشر هاتور سنة ثمان مائة  
وتسعة عشر للشهدا الموافقة لسنة ست  
تسعين واربع مائة للهجرة وكمل  
بالاسكندرية يوم الاحد حادي عشر  
كهبل وعاد الي مصر يوم السبت الرابع  
والعشرين منه ولم يقدم بها ثم عاد الي  
دير ابي مقاري وقدس فيه يوم الاحد ثالث  
وعشرين طوبة ثم عاد الي مصر وقدس في  
كنيسة المعلة يوم الاحد اخر طوبة  
قال وحدث قصر زلزلة عظيمة يوم  
الجمعة ثالث طوبة سنة ثمان مائة وثمانية  
وعشرين للشهدا في الثالث من النهار  
وفي تلك الليل هدم الافضل امبر  
الجيوثن كنيسة بالحريرة وادعي ان  
الزلزلة هدمتها واقام البطرک مقاري ستة  
وعشرين سنة واحد واربعين يوماً ومات  
في ليلة الثالث والعشرين من كهبل سنة  
خمس واربعين وثمان مائة للشهدا وخلي  
الكرسي بعده سنين وشهرين وهذا  
البطرك ابطل عوايد كثيرة منها الجور  
وجعله في الكنيسة ساعة الاهليل  
وكان يقال التهليل في القديس بعد  
قراءة الابركسيس فاذا حضر الشمس  
صاحب القديس قبل ذلك ترك الشمس المقدس وكمل صاحب القديس قداسة فجعل  
التهليل قبل قراه الكتب ويكون الشمس المبتدي والقديس مستمر الي كماله

Mustadiri Billa intercesserint 4 menses &  
aliquot dies. quantum ad mores ejus spe-  
ctat, erat insignis animi dotibus, comis in  
conversazione, inque liberalitatem natura  
propensus, viros eruditos diligebat, & ini-  
quitates prohibebat, lingua disertus erat,  
& multus in eleemosynis.

mores  
ejus.

Inquit Chronologus Chalifatum ejus du-  
ravisse 25 annos, 3 menses, & 7 dies: quo-  
rum primus erat dies Sabbathi, & ultimus  
Luna, ad complendos annos solares ab He-  
gira 511 menses 7 & 2 dies: à mundo vero  
condito annos solares 6669, menses 11 cum  
diebus 19.

Prout autem referunt Chronica Christi-  
anorum, Iacobitis Alexandriae praefectus  
fuit Patriarcha Macarius anno 2 imperij  
Amri Billa Principis Aegypti, collata illi  
praefectura fuit in Monasterio Abulmacari,  
die Solis 13 Haturi: anno 819 Martyrum;  
qui convenit cum anno 496 Hegrae. Ale-  
xandriae vero confirmatus fuit die Solis 11  
Cahyli; reversusque fuit Misram die Sabba-  
thi 24 ejusdem mensis, neque tamen ibi sa-  
cra fecit: redijtque in monasterium Abul-  
macari, ubi sacris functus fuit die Solis 13  
Tuba. dein se iterum recepit Misram, ubi  
rem sacram administravit in templo Mu-  
allacano die Solis ultimo Tuba.

Macarius  
Alexan-  
driae fit Ia-  
cobitarum  
Patriarcha.

Contigit in Aegypto terramotus ingens  
die Veneris 3 Tuti anno 828 hora diei 3.  
Ea nocte Afdalus Stratiarcha destruxit  
templum Harijra & divulgavit id ex ter-  
ramotu accidisse. Substitit vero Macarius  
26 annos, & 41 dies, diem obiens suum no-  
ctu 23 Cahyli anno 845 Martyrum: & va-  
cavit post eum Patriarchatus annos 2, &  
toridem menses. Hic vero Patriarcha mul-  
tos abrogavit in Ecclesia ritus, quemad-  
modum suffitus, & postam in Ecclesia ho-  
ram Allelujae, quæ dicebatur in rei sacrae  
administratione post lectionem Actorum;  
ita ut cum Minister Sacrificio adesset ante  
intermitteret sacra, quæ Sacrificus absol-  
vebat. ordinavit itaque Allelujam ante  
lectionem librorum, & Minister rem divi-  
nam exorsus eidem ad finem usque insistebat.

Terramo-  
tus in Aeg-  
ypto.

Macarius  
ritus eccle-  
siasticos  
mutat.

صاحب القديس قبل ذلك ترك الشمس المقدس وكمل صاحب القديس قداسة فجعل  
التهليل قبل قراه الكتب ويكون الشمس المبتدي والقديس مستمر الي كماله  
qui



# RODERICI

XIMENEZ

ARCHIEPISCOPI

TOLETANI

Historia Arabum.

*Incipit prologus in Historiam Arabum.*



VAE calamitatum haecenus Hispania dispendia sit perpeffa, in superioribus, vt licuit, explicauit. Nunc de excidijs Arabum; quæ vtinam sunt postrema, à quibus nihil fuit in Hispanijs intentatum, finem imponere dignum duxi, si diuina potentia velit de cætero à gladiatorum dissecationibus custodire: quæ iam à quingentis triginta duobus annis & vltra, repetito gladio dissecata, nec à filijs euasit viscerum sectionem: nunc v<sup>e</sup> videlicet regibus dispartita, ab eis & transfugis ad Sarracenos intestini vulneris supplicia non euasit. Verum Diuina clementia miserante, à tempore nobilis Aldefonfi, qui prope Bulche Amiramominum cum Arabibus campestri prælio effugauit, & Arabum gladius heberatus, & Gothorum strenuitas restituta, talionis semitas aperuit, & sicut à principio Christianos incolas sub tributi onere coëgerunt, sic modo restitutis munitionibus principibus Christianis, degunt seruitutē solita sub tributo. Eorum itaque successiones, & tempora volens posteris conferuare, eorum exordium à Mahometi tempore inchoauit; qui eorum sectæ fuit conditor & inuentor, de eius origine, prædicatione, & regno, ex relatione fideli, & eorum scripturis, ad detegendam gentis illius scæuitiam, & versutiam, satis breuiter explicauit. Aduertat autem lectoris studium, qualiter mentita reuelatio versuti hominis Mahometi ex corde finxit virus pestiferum, quo libidinosas animas, quasi nexibus colligauit: ut discant paruuli à fabulis abstinere, & Adæ funiculis colligari, & trahi vinculis caritatis.

وكانت جماعة النصارى المجاورين المتردين إليها ويقولون نروح يلى ميكايل بشى فاشتهرت القرية بهذا الاسم وكان سمعان كاتباً حادقاً وتعلمت به الخدم فخدم بديوان الجيش في أيام الناصر صلاح الدين يوسف بن ايوب في سنة تسع وستين وخمسة مائة وقبر عنده واقطاعه اقطاعات في حمران واستقر بديوان الجيش سنة ثلاث وثمانين الخدم في الدولة العادلية وترهب بدير ابن يحيى القصر بدير الاسعيط بوادى هبى وحبس نفسه في موضعه بناها في وسط الدير مدة تزيد عن ثلاثين سنة وكانت سيرته فضله وامره مشهور واولاد ابن المكارم المذكور بن بن طيب ثلاثة اولاد الشيخ ابن الفضل والعميد بن الباسر والد المورخ والمخلص ابن الزهر وتوفيت زوجته فترهب وتوفي في سنة ست وستماية واستخدم العميد بن الباسر في ديوان الجيش موضع خاله اماكين سمعان وكانت سيرته بين العالم مثل سيرة الرهان القدسيين الذي في البراري وكان اكثر ايامه صاماً وصلواته لا يقطعها في اوقاتها وهو مباشر شغله في الديوان وكان يتصدق بها ويفضل من ضروراته ولا يدخر شيئاً وقبر عند الملك العادل سيف الدين ابو بكر بن ايوب بالريانة والامانة حتى ان شاهد الحران بن سي الدوايه مرض واقطع وقال الملك العادل ان يكون العهد عوضه حتى يتعافا واقام بديوان الجيش خمسة واربعين سنة ومات في صفر سنة ست وثلاثين وستماية نبيح الله انفسهم الجيع وهذا امرن علي حكم التاريخ لا على حكم الافتجار فان الكتاب يقول من افتخر فليفتخر بالرب

quod Christianorum qui vicini erant cætus frequenter adibant, dicentium, contendamus ad Michaëlem; eoque nomine inclauit pagus ille. Erat autem Simeon Notarius industrius, quo ministri familiariter utebantur; nam & ipse ministerio Senatus bellici operam nauabat, & quidem tempore Iosephi Saladini f. Iobi, anno 569. à quo sustentatus fuit & donatus tributis quibusdam in Hagirawana. substituitque per triennium in Senatu bellico, & ministerio familie Adalijorum valedixit, & religionē suscepit in Monasterio Iohannis Cazijri in deserto Askijto nempe in valle Habijba, seque ipsum loco cuidam inclusit, quem in medio monasterij construxerat, per spatium 30 annorum & amplius: vitam autem insignem egerat, & præclara in re fuerat. Genuit autem Macarimus ille f. Tjibi 3 filios Abulfadlum Elbuchidum, Abuljasrum Elaamidum patrem Chronologi, & Abulzahrum Elzuchalifum; mortua autē uxore vitam religiosam egit, mortuusque est anno 606. Abuljasrus autem Elaamidus in ministerium Senatus bellici loco avunculi sui Simeonis Elmacijni, cum monachalem ordinem ingressus esset, susceptus fuit, vitamque in mundo duxit Heremitarum more: potioreque temporis partem jejunando & statis precibus intentus exegit. Curie autem operam impendebat suam, quæ elemosynā inde exerceret, & partis bene mereretur, neque enim reponebat quidquam in thesaurum, vitamque toleravit apud Regem Abubecrum Elaadilum Seijfuddinum f. Iobi; donec presente Harano f. Senijddaula morbo correptus & extinctus fuit: dixitque Rex Elaadilus se retributione ab Elaamidō affectum fuisse, quamdiu benefecisset ipsi. in Senatu autem bellico per 45 annos versatus fuit, mortuusque mense Safaro anni 636: eorum omnium animas quiete Deus beare velit, & hoc quidem relatū est, prout Chronologia ratio postulat non autem jactantia ergo. dicat enim nobis liber, quicumque gloriatur, gloriatur in Domino.

FINIS.

RODERICI

CAPVT PRIMVM.

De exordio & origine Mahometi.



**A** NNO Leuegildi regis Gothorum nono, era sexcentesima prima, in villa que Iatrib dicitur, prope Mechem, erat homo Ali nomine, Mahometi nascitur. filius Abdelmutalib, & uxor eius Emina: nomen Patris Emina Hayab, & matris eius Halima: que concepit & peperit filium, quem vocauit Mahomet. Et cum Arabia & Africa inter fidem Catholicam & heresim Arrianam, & perfidiam Iudaicam & Idololatriam diuersis studijs traheretur: Arabs predictus Ali, familiaritate cuiusdam Iudei, qui erat geneaticus, inter fidem Catholicam, & Iudeorum perfidiam fluctuabat. Cumq; Emina concepisset, facta est sterilitas magna per totam Arabiam, adeo ut pane deficiente, herbis duntaxat syluestribus vescerentur. Cum autem tempus partus Emina aduenisset, Iudeus ille, ut erat geneaticus, captauit consistentiam planetarum, & horam natiuitatis infantis. Ali autem in sanctam Hierusalem ierat adorandum, & rediens inuenit filium suum natum: & quicquid ille geneaticus de infante perceperat, reuelauit, & predixit eum in regno & Lege mirabiliter exaltandum. Ali autem apud Iatrib post tempus modicum vitam finiuit. Cum autem esset infans annorum quatuor, ut ipse mentitur uenerunt duo Angeli, & fiderunt cor eius, & extraxerunt inde coagulum sanguinis denigrati, quod postea niuis lauacro abluerunt, & ponderauerunt cor eius cum decem cordibus gentis sue. Post cum mille, & maioris ponderis est inuentum. Et unus Angelus dixit alteri, si cum omnibus Arabibus in trutina poneretur, omnibus preualeret. Hac mentitur se in uisione a Gabriele angelo audiuisse. Cum autem esset annorum quinque, mater sua tradidit eum auie sue Halime nutriendum.

Mahomet uxores ducit. duxit uxorem, que Abdiga dicitur, & demum etiam uiduam, que enim exhibuerat, superduxit, & procedente tempore alias cumulauit. Ita quod octodecim uxoribus libidine, imo adulterio, fcedabatur. Prima autem causa sue ostensionis in Arabia sic euenit. Ecclesia nobilis apud Mechem inundatione fuit penitus dissipata, in qua erant forme argento, & auro & pretiosis lapidibus decorata, quam Seniores Mecha cupientes unanimiter reparare, nauem regis Aegypti Christiani, qui in Aethiopia Ecclesiam ceperat edificare, oneratam lignis in Arabia littore acceperunt, & ex istis lignis deiectam Ecclesiam repararunt, que Alcababa dicebatur. Et cum esset Ecclesia consummata, erat lapis niger angulo apponendus, quem etiam hodie Arabes ob reuerentiam osculantur. Cumque maiores populi dissiderent quis consummationis lapidem adaptaret, ultimo conuenerunt, ut qui primus in porta, que Baysaba dicebatur, appareret, ille lapidem collocaret. Accidit autem Mahomet per portam prius ceteris aduenire, & consenserunt ut ipse esset dicti lapidis coaptator, & ipse extendens chlamidem texit petram, & uocatis ad se quatuor de Coraxinis tulerunt lapidem ad structuram, & ipse ut cementarius collocauit, & uiderunt omnes, & miraculum reputarunt. Et cum omnes crederent esse Prophetam, inquit, quidam. Cum tot seniores & uiri probabiles in vestro Concilio habebantur, miror quare hunc ad hoc iuuenem omnibus pratulistis, & iurans, & interminans, hic sine dubio nos disperdet. E contrario alij resistebant, dicentes a diabolo sic locutum. Viri autem seniores & populus reparatam Ecclesiam iuxta dignitatem pristinam ornauerunt: & tunc Mahomet suasit eis, ut semper uersus illam Ecclesiam adorarent. Erat autem Mahomet annorum triginta quinque. Post hac Mahomet fecit moram per quinquennium apud Mechem, & ibi multis dissensionibus cum his qui erant de genere Coraxi, & idola adorabant frequentius concertabat, unum Deum tantummodo predicans adorandum. Sed quia illi potentia preminebant, eum a Mecha in Iatrib fugere compulerent.

Lapis niger a Mahomete reponitur.

Mahomet docere incipit.

Mahomet nascitur.

Gravitas cordis Mahometi.

CAPVT TERTIVM.

De predicacione & rebellionem Mahometi.

**P**OST quinque autem annos, cum esset annorum quadraginta, Mechem intrauit, & ibi latuit per tres annos, uolens se ostendere prophetam, & ibi mentitur sibi datum ab Angelo librum, qui dicitur Alcoranus. Et quia adhuc Mecha pro maiori parte a Coraxinis idolorum cultoribus tenebatur, ipse quasi humiliter cedens, in uillam suam Iatrib declinauit, & postea resumptis uiribus, intrauit Mechem, & eos qui erant de genere Coraxi, & ei resisterant, uis & potentia captiuauit: & quasi imperans dixit eis: Quid de uobis faciam? At illi dixerunt, Bene, quia estis largus & curialis. Et ipse continuo dimisit eos, & deinceps humiliter subsuerunt. Tunc precepit ut in turribus, ubi consueuerant campana pulsari, Sarracenus quispiam proclamaret: sicut & adhuc hodie proclamatur a cultoribus secte sue. Precepit etiam ut in mense Ramadan ieiunarent triginta diebus, & alijs triginta diebus, in mense qui dicitur Almoharram, & dominum, in qua ipse natus fuerat, fecerant mequitam.

Anno autem Imperatoris Heraclij septimo, & Sisebuti regis Gothorum quinto, natiuitatis sue quadragesimo Mahomet uidualibus diuitijs inclitatus, & falso miraculo lapidis a pluribus approbatus, cepit grandia cogitare, & rebellia contra

Mahometis fuga.

Lex.

CAPVT SECVNDVM.

De Institutione, & prima ostensione Mahometi.

**A** NNO septimo mater sua recepit eum, & se translulit ad propinquos, & post paucos dies ibi mortua fuit Emina mater eius, & suscepit eum alia mulier, que Daymen dicebatur, & translulit eum in Mechem. Octauo anno mortuus est Abdelmutalib auus eius, & recepit eum Abutalib patruus eius in curam: & iste tradidit eum predicto geneatico instruendum, qui instruxit eum in Naturalibus scientijs, & lege Catholica, & Iudaica perfidie documentis: Vnde & ipse postmodum aliquid de fide Catholica, aliquid de Lege ueteri in sue secte subsidium usurpauit. Cum autem esset Mahomet annorum tredecim, Abutalib duxit eum in Hierusalem, eo quod templum sanctimonie erat ibi. Mahomet autem cum ad annos adolescentie peruenisset, & in doctrina Noui Testamenti ac Veteris, & Naturalis scientie profecisset; iterum fame Arabiam opprimente, ipse ad cuiusdam diuitis uidua, que Adeya dicebatur, familiam se conuertit, & circa operationes domesticas industrius est inuentus: & ea que uehiculo onere abducebat, reduci fenore sibi gratiam & uidua diuitias cumulabat, & factus est in oculis uidua gratiofus adeo, ut eum in filium adaptaret. Cum autem esset annorum viginti quinque, duxit

alios, ex antiquis, qui inibi conuenerant ad orandum, & obtulerunt Mahometo tria vasa, unum lacte, aliud vino, aliud aqua plenum. Et audiuit vocem cœlitus dicentem hæc: si vas aquæ acceperis, cum tuo populo submergeris: si vas vini cum gente tua peribis: si vas lactis, tu cum tuo populo dirigeris. Et ipse accipiens scyphum lactis, bibit ex eo. Tunc Gabriel Angelus, inquit, ei: Nunc es directus tu & omnis qui crediderit Legi tuæ. Et oratione facta, cum ab Hierosolymis recessisset, quod viderat discipulis reuelauit, & addidit quæ sequuntur. Cum vidi, inquit, Abraham, Moysen, & Ieremiam, oculi corporis dormiebant, sed cordis oculi vigilabant, & vidi quod Abraham similis erat mihi: Moyses autem erat rubens atque crispus: Iesus autem Mariæ filius, erat flauus capillis, nec longus, nec paruus, sed dispositione, & statura media coaptatus, & videbatur aqua ab eius capite profalire, verumtamen aqua non erat ibi. Addidit etiam in hoc libro: ad primum cœlum Gabriel me perduxit, & me in isto cœlo benigne Angeli receperunt, & cum risu & gaudio respexerunt, bene orantes mihi prospera & iucunda. Vnus solus inter Angelos consistebat, qui nec mihi orauit prospera, nec risu: cum quæsissem ab Angelo quisnam esset, respondit: nunquam risit hic Angelus, nec ridebit, hic est Angelus custos ignis: & dixi Angelos est hic Angelus, qui à Deo dicitur nimis dilectus? Et ille respondit, Angelus hic est ille. Tunc dixi ei, præcipe, inquit, ut ostendat mihi ignem. Iubente itaque Gabriele, remouit tegimen olla ignis; & ignis ascendens, timui ne omnia quæcunque videram concremaret: & rogavi Gabrielem, ut ignis iterum tegeretur: & ignis rediit in locum suum, & videbatur, ut Sol cum occidit in occasu: & tristis Angelus, ut prius fuerat, textit ignem. Similiter cum intraui cœlum, inueni hominem venerandum in sede sedentem, & ostendebantur ei animæ omnium mortuorum: & cum videbat animas quæ sibi non placebant, ab eis intuitum auertebat, imperans eis: peccatrix anima ab infelici corpore exiisti: & cum ostendebatur ei anima, quæ placebat, applaudens animæ inquebat: ô felix anima à bono corpore exiisti: & interrogavi Angelum de viro tantæ excellentiæ, & reuerentiæ, quisnam esset: & Angelus dixit mihi, Adam esse, qui bonis sui generis congaudebat, à malis faciem auertebat, & pœnas peccantium ostendebat. Vidi in eodem cœlo, qui carnes pingues & optimas manducabant, & alios qui postpositis pinguibus de fœtidis comedebant. Cum quæsissem, isti homines quinam essent, respondit Angelus: primi sunt, qui vxoribus legitimis adhererunt: alij qui legitimas non curantes, fœdis commercijs utentes, mulieribus se dederunt. Postea duxit me Gabriel ad secundum cœlum, & inueni ibi Iesum filium Mariæ, & Hyahyam (quem nos Ioannem dicimus) filium Zachariæ, qui erant consobrini. Postea Gabriel in cœlum tertium me induxit, & inueni hominem, cuius forma erat ut plena luna, & Gabriel dixit mihi: Hic est Ioseph filius Iacob Patriarchæ. Postea duxit me in cœlum quartum, ibi inueni hominem venerandum; & Gabriel dixit mihi: Hic est Aaron, & erat ibi cum eo Idri, qui cœlum ascendit. Post hæc duxit me Gabriel in quintum cœlum, & inueni ibi hominem senem, & pulcrum, & dixit mihi: hic est Aaron filius Abrahæ. Postea duxit me in sextum cœlum, & inueni ibi hominem rubeum, & procerum, & dixit: hic est Moyses. Postea fecit me ascendere in septimum cœlum, & inueni ibi hominem canum, sedentem in sede à parte domus, qui à pluribus Angelis comitabatur, & intrant in ea septuaginta millia Angelorum, & non redeunt vsque ad diem iudicij. Et Angelus dixit mihi: hic est Abraham pater vester. Post hoc introduxit me in Paradisum, & inueni ibi puellam formosam, quæ multum placuit oculis meis, & interrogavi eam, cuius esset, quæ respondit: hic seruor Zayth filio Hyarith. Et cum descendissem de paradiso, nuntiaui hæc Zayth filio Hyarith, quide meo consortibus vnus erat. Et in omnibus cœlis ad quos ascenderam, interrogabant Angeli Gabrielem, & ipse dicebat eis:

Romanorum Imperium prædicare: & clanculis suasionibus populos concitare, ostendens eis qualiter seruitutis amaritudine premerentur, & exinaniti censibus, & tributis, paupertate continua vexarentur, & sola ignavia tenebantur, cum vi & numero possent repellere potentiam Romanorum.

## CAPVT QVARTVM.

## De Victoria Mahometi contra Romanos.

CVMQUE plurimis taliter suasset, accidit quod Heraclius Imperator mitteret nuntios pro tributis: sed Mahomet cum suis complicibus hoc prænoscens eis occurrit, & negatis tributis, fultus audacia, interfecit: & sic assumptis viribus interdum furtim, interdum publicè, prout negotium exigebat, Syriam, Arabiam, & Mesopotamiam, fraude potius, quam virtute, suo proposito inclinavit: & adeo ciuitates, & oppida stimulauit, ut iugo seruitutis abiecto, iam aperte inciperent rebellare. Eisdem diebus Heraclius somniauit, quod mures à terra nascentes, sibi extrema vestium corrodebant: & tunc misit ampliorem exercitum cum Theodoro fratre suo: sed victi ab exercitu Mahometi ad Heraclium redierunt, ampliorem exercitum collecturi. Tunc Heraclius fratri suo Theodoro visionem marium reuelauit, & restaurata multitudine bellatorum, Romanorum exercitus cum Theodoro iuit contra exercitum Mahometi. Sed adeo inualuerat rebellium multitudo, quod Romanæ legiones verentes à facie Mahometi ad Gabatam oppidum secesserunt, rebellium exercitu subsequente, ubi pugna & periculo crebesciente, succubuit exercitus Romanorum, & Theodoro interfecto, ceteri strage & gladio perierunt, præter paucissimos, qui fuga & latebris euaserunt, & ex tunc fuit iugum Imperij Romanorum excussum à ceruicibus Sarracenorum.

## CAPVT QVINTVM.

## De sublimatione Mahometi in Regem, &amp; de Iussionibus mendaciter excogitatis.

ET continuo superba victoria eleuati, Damascum adeunt nobilissimam, & regiam Syriæ ciuitatem, in qua attendentes, quam per eum fuerant adepti libertatem, eum in regem & principem elegerunt, & regni solum concesserunt. Quo adepto, verens Mahomet nede populis sibi subiectis, qui Christianis legibus subiacebant, Romano Pontifici obedirent, & reconciliati Imperio adhererent, legem statuit inuenire, qua, quasi funiculis, peccatorum damnandas animas colligaret, cæpit quæ fabulis detestandis seducendas animas demulcere. In eius secundo libro reperitur inscriptum, quod Mahomet insidebat vni bestie, quæ dicitur Alborach, & proponebat pedem posteriorem super pedem anteriorem, & talibus bestijs propheta consueuerunt insidere: & intali Mahomet Hierusalem est profectus, Et, ut ipse in libro suo mentitur, inuenit ibi Abraham, Moysen & Ieremiam, & Prophetas alios,

Damascus capitur.

Mahomet Rex eligitur.

Mahometi fabulæ.

Iter Hierosol.

alios,



**Mahomet** **moritur.** *plina desinunt infestare. Mahomet itaque fraudibus & incurfibus & infami doctri-  
na corda gentium sua pertinacia solidauit. Annis autem decem expletis, ex quo apud  
Damascum regni susceperat principatum, moritur, & sepultus est in inferno. Era  
sexagesima sexta, anno Heraclij XVII, & Suintille regis Gothorum VII.*

CAPVT SEPTIMVM.

De Abubacar, & Omar Moabia & eorum praelijs.

**MORTVO** Mahomet, Abubacar eius gener & contribulis in regni solio  
subrogatur. Huius tempore Romani Persidem reliquerunt, quam Abubacar  
bellis indefinentibus occupauit, Era sexcentesima nona, anno Heraclij vi-  
gesimo, anno Arabum decimo quarto. Mortuo Abubacar, Omar in solio regni collo-  
catur Arabum, & decem annis regnauit. Hic fuit rigidus & in praelijs valde con-  
stans: hic obsedit Alexandriam in Aegypto, & captam constituit sub tributo, &  
totam Aegyptum ditioni sue, & secta subdidit Mahometi: & tam de partibus  
Orientis, quam de partibus Africanis triumphum victoriae reportauit. Sed dum  
quodam die orationi instaret, a quodam suo clientulo fuit interfectus. Post mortem  
Omar, Autuman successit in regno, & regnauit annis duodecim. Hic Libim, Mar-  
morichim, Pentapolin, Gazamam, & Ethiopiam, quae supra Aegyptum plagis  
adiacerent, Sarracenorum sectae, & sua subdidit ditioni. Plurimas etiam ciuitates  
Persarum, quas Omar non potuit obtinere, obtinuit, & posuit sub tributo, demum a  
suis est interfectus. Mortuo Autuman Moabia, qui & Maula, successit in regno, anno  
trigesimo quinto Arabum, & regnauit annis viginti quinque. Sed quinque annis,  
quia regnum eius turbatio variavit, contra suos praelia multa gessit: post quinquen-  
nium suis sedatis, feliciter regnum rexit. Sed aduersus eum Constans Augustus,  
plusquam mille naues aggregans, infeliciter transfretauit. Cum enim bellatorum  
discrimina inchoassent, Moabia precedente quodam Abdali nomine, qui in exerci-  
tum Arabum principatum militiae tunc tenebat, ceperunt acriter decertare, sed  
victus Augustus, vix cum paucis per aquor aufugiens, laesus euasit, & plures de suis  
captiuitate & gladio ceciderunt: & Moabia, & Abdalla nomen, & gloria accre-  
uerunt. Abdalla autem volens victoriam ampliare, Tripolim Aegypti venit, &  
eam & Cidanis sua victoria subiugauit: & post desolationes plurimas, diuersis  
patrijs subiugatis, multis prouincijs domitis, & vastatis, & cateruis plurimis  
in fide deceptis, Africam attentauit, cum multis phalangibus bellatorum. Cumque  
ex aduerso Comes Gregorius aduenisset, utrimque fuit praelium inchoatum, sed pars  
Afrorum morti & fuga penitus derelicta, infeliciter est deleta, & sic omnis decor  
Ecclesiae Africanae in Arabes est translatus. Abdalla itaque spolijs & diuitijs inchy-  
tus, cum suis cohortibus reuersus est in Aegyptum. Moabia autem peragebat deci-  
mum regni annum, qui cum vidisset in Africa sibi prospera successisse, centum millia  
bellatorum in obsequium Ixit filio suo dedit, ut cum eis Constantinopolim festina-  
ret: qui illam adiens parauit obsidionem, & per totum vernum tempus bellis in-  
desinentibus infestauit: sed quia urbis magnificentia obsistebat, & fames, & pestis  
laborem impugnantium fatigabat, urbe relicta, oppida plurima occuparunt &  
adiacentem patriam deuastarunt, & onusti praedis & diuitijs, post biennium Da-  
mascum urbem regiam redierunt. Postea autem partes Orientales bellis indefinen-  
tibus sua sectae, & dominio subiecerunt: & expletis viginti quinque annis in regno,  
naturae debitum soluit.

CAPVT

hic est Mahomet. Et interrogabant cum gaudio, est iam missus? & ipse inquit:  
Iam est missus: & ipsi omnes orabant, ut Deus adderet mihi vitam, tanquam fratri  
suo, & amico. Postquam autem transferam septem caelos, Gabriel me proposuit ante  
Deum, & mandauit mihi, ut quolibet die dicerem quinquaginta orationes. Ego au-  
tem conuersus ad Moysen amicum meum optimum, dixi ei, qualiter Deus mihi  
mandauerat, ut quolibet die dicerem quinquaginta orationes, sed tot orationes  
grauis essent ad dicendum, cum gens conuersa nouiter non posset tantum onus  
quotidie tolerare. Et Moyses conuersus ad Deum obtinuit, ut decem orationes  
relaxarentur, & iterum a me rogatur, obtinuit alias decem: Et sic paulatim  
descendens omnes abstulit praeter quinque: quicumque quolibet die quinque oratio-  
nes fecerit, renumerabitur quasi pro quinquaginta. Mahomet autem anno eta-  
tis suae quadragesimo apud Mecham frequentius morabatur, & ibidem praedicta  
omnia, & multa alia ridicula, & nefanda sibi dicta a Gabriele Angelo mentie-  
batur, ut populos quos ad rebellionem concitauerat, secta suae mortis funiculis col-  
ligaret: & ut virus suae malitiae occultaret, praedicabat omnibus unum Deum.  
Mecha autem tenebatur cultu plurimum idolorum. Cognatio autem Coraxi con-  
uenerunt in domum Abutalib, qui erat patruus Mahometi, conuenerunt de  
eo quod eorum legem, & Deos patrios aboleret: sed quod ipse, & ipsi in suis ri-  
tibus remanerent: & iam Mahomet habebat aliquos de suis consanguineis  
conuenerunt.

CAPVT SEXTVM.

De disceptatione cum Coraxinis, & de morte eius.

**PR AEDICTVS** autem Abutalib conuocauit Mahomet, & alios Coraxi-  
nos, super lege, & idolis querelantes, & dixit ei Abutalib: Ecce isti ha-  
bent aliqua aduersum te. Mahomet autem respondit ei, sustine me modi-  
cum perorare. Tunc ille, non est, inquit, Deus alius praeter unum: & recedite ab  
idolis, quae haecenus coluistis. Tunc, manus manibus collidentes, indignati animis,  
responderunt: cur Deos nostros vis a patria extirpare? Et dixerunt: Iste homo a  
proposito non cessabit, sed maneat in sua lege, & nos ritus patrios obseruemus, &  
tunc ab inuicem recesserunt. Abutalib autem dixit Mahomet, bona videtur ora-  
tio, quam dixisti. Tunc Mahomet: dic, inquit, verbum, quod praedicaui, & conuer-  
tere ad legem meam. Abutalib autem respondit ei: libenter facerem, sed diceret  
genus nostrum, quod metu tui aut timore mortis, talia profereram: nec volo per-  
dere gratiam propinquorum. Ex tunc Mahomet cepit sectam suam publice prae-  
dicare, & ad rebellionem populos concitare, & aliquos seducebat, quia unum Deum  
tantummodo praedicabat: & mentiens Gabrielem Angelum ad se missum quae de-  
ceptis populus praedicabat, dicta sibi ab Angelo assererat: & frequenter in contem-  
plationem inuisibilem se rapi simulans, quasi destitutus sensibus, se in terram, ut  
exanimem prosternebat: & stulti populi loqui cum Angelo aestimabant. Demum  
autem quasi restituto spiritu praepcepta aliqua profererat, quae sub uno compacta ca-  
pitulo Zohara appellabat, & per tales Zoharas distinguitur liber eius, qui dicitur  
Alcoranus: in quo tot ignominiosas Zoharas praedicauit, quod pudebit dicere, ne-  
dum sequi: quas tamen viru diabolico debriati, & libidine dulcorati, infelices popu-  
li receperunt, & adhuc in sua perfidia permanent obstinatis nec legem vitae & disci-  
plinae

Sarraceni Hispaniam occupant.  
Primus Sarracenorum in Hispania Rex Muza.  
Secundus Abdulazis.  
Tertius Ayub.

*muir, & regni abstulit dignitatem, & constituit vectigalia. Anno Imperij Vlit quarto, Muza Abennocayr princeps militia Vlit regis, misit Tharic Abenzarca, cum exercitu citra mare, qui & Rodericum vltimum regem Gothorum bello fugauit, & Hispanias subiugauit. Demum Muza veniens in Hispaniam ciuitates plurimas occupauit, & infinitas diuitias congregauit, inter quas mensam lapideam, coloris viridis, immense magnitudinis, adinuenit, que habebat trecentos sexaginta quinque pedes, & mensa & pedes ex vno lapide erant. Hec mensa dicitur inuenta in villa quadam, que Arabicè dicitur مدينة المائدة Medinat almeida: Latine autem interpretatur ciuitas mensæ: & erat iuxta montem qui adhuc hodie dicitur, Gibel Zuleman, & imminet burgo sancti Iusti: hanc Tharic cum multis alijs diuitijs dedit Muza. Muza itaque Tharic, & Mogeit Hispanias deuastantibus, ab Hispanijs reuocantur, precepto Vlit. Cumq; oporteret eos ad edictum principis festinare, Muza dimisit filium suum Abdulazis, principem citra mare, qui apud Hispalim constituit sedem suam, & fertur uxorem regis Roderici nomine Egibonem sibi in coniugem assumpsisse, & ab uxore suafus, more regum Gothorum, sibi imposuit diademas vnde & Arabes Christianum putantes, consilio Ayub Aben Halib, dum in oratione persisteret, occiderunt. Regnauerat autem tribus annis, & Ayub, eo quod erat in secula Mahomeri prudentissimus, in regni solio subrogarunt, & ab isto dicitur Calatayub fuisse adificata, & iste curiam Arabum ab Hispali transtulit, & Cordubæ instaurauit.*

## CAPVT DECIMVM.

## De morte Muzæ &amp; Vlit, &amp; regno Zulemæ.

Quartus Alabor.  
Zulema Chalifa.  
Pergamus incenditur.  
Corduba capitur.

*M*VZA autem cum Tharic, & Mogeit, ducens secum infinitam pecuniam, & ex Christianis trigintamillia captiuorum, & mensam viridem, & plurimos lapides pretiosos, peruenit in Syriam ad regem, ubi Vlit tunc temporis residebat. Sed Tharic, qui odium conceperat contra Muzam, prauentit Muzam & se regis conspectui presentauit, accusans Muzam eo quod de diuitijs Hispania plurima occultaret, & modica deferebat. Cumq; Muza se regis conspectui presentasset, male receptus cum ignominia est eiectus priuatus potentia & honore. Demum condemnatus in mille millibus, & in decies centum millibus solidorum, & dolore vario circumseptus, vitam finiuit, anno Arabum nonagesimo septimo. Et quia Ayub, de quo diximus, Muzam consanguinitate aliqua attingebat, Amiramomeni fecit eum à regno Hispania remoueri, & Alabor filium Abderramen in regno Hispania subrogauit: qui duos annos & nouem menses in regno expleuit. Vlit autem omnia prospere gerens, receptis copijs vniuersarum gentium, & diuitijs, quas gens misera, vomuerat Hispanorum, vite termino consummato, cum regnasset annis undecim, vitam finiuit. Mortuo Vlit Zulema frater eius successit in regno, anno Arabum nonagesimo octauo, & tribus annis regnauit. Hic misso exercitu Arabum, Romaniam grauiter deuastauit. Pergamum antiquissimam & florentissimam minoris Asia ciuitatem, vltimè incendio contremauit. Misit & Alabor quem Hispania prefecerat, ut Narbonensem Galliam deuastaret, & citeriorem Hispaniam, in qua Christiani aliqui rebellauerant subiugaret, qui & predictam Galliam, & vtramque Hispaniam, vti fraude, & deditione receptans, vectigali subdidit seruituti. Zulema autem filios Abdemelic nepotes suos, filios Vlit scilicet, Omar & Izit, sibi ad regni regimen sociauit. Inter hac Alabor Cordubam attentauit, & Christianos ibidem degentes,

## CAPVT OCTAVVM.

## De Izit &amp; Maula &amp; Abdelmelic filio eius &amp; victorijs eorum.

*A*NNO Imperij Arabum sexagesimo primo, Izit natus Moabia obtinuit patris regnum, & regnauit iucundissime tribus annis. Hic subdidit secula sua vicinas vndique nationes, eoque cunctis gratissimus habebatur: nunquam enim, ut moris est hominum, regalis fastigij gloriam appetiuit: sed ciuilitate cum omnibus conuiuabat, & expleto regni triennio vitam finiuit, & reliquit Maulam filium successorem, anno imperij Arabum sexagesimo secundo. Hic paternis moribus similis, cum ad regni fastigium peruenisset, tertiam partem tributi omnibus condonauit: qui anno dimidio in regno expleto vitam finiuit. Post cuius mortem exercitus Arabum fere per quatuor annos bifarie fuerunt diuisi, & innumerabiles caedes Arabibus prouenerunt: alij enim Maldan, alij Abdallam sequebantur, sed Maldan Constantino Cesari mille solidos auri probati, & variam suppellectilem annis singulis impendebat, ut ei adiutor fieret, aut saltem non impediret: & que Arabes à Romanis euicerant, fuit prateritorum temporum captiuitas relaxata. Hoc tempore Ervigius preficitur regno Gothorum. Cumque inter Maldan, & Abdallam longa concertatio incidisset, tandem Abdalla, qui fuerat princeps militia regis Moabia, & multis diuitijs, quas ab Africa tulerat, abundaret, eiecto Maldan solus obtinuit principatum: anno imperij Arabum sexagesimo sexto: & quatuor annis regnauit. Post quos Abdelmelic iunioris Maula filius, contra Abdallam Arabum regnum intentat, & fauore patris ad successionem debitam eleuatur, Anno imperij Arabum LXX. regnauit annis XXI. Hic Abdallam emulum suum persequens, apud Mecham Abrahæ domum, ut ipsi autumant, que est inter Archas & Sarram Mesopotamia, interfecit: post quod sapientissime bella ciuilia compressit. Huius anno quinto ad regnum Gothorum Egica sublimatur, & iterum eius decimo sexto anno Vitiza in regno substituitur Egica patri suo. Abdelmelic autem consummatis in regno annis viginti & vno, vitam finiuit.

Ervigius.

Vitiza.

## CAPVT NONVM.

## De Vlit.

*A*NNO autem Imperij Arabum nonagesimo primo, Vlit filius eius ad regnum Arabum sublimatur. Huius quinto anno Rodericus seditionibus procreatis regnum Gothorum inuasit. Vlit autem per quatuor annos bella peragens, imperium Arabum mirabiliter dilatauit: erat enim vir magnæ prudentiæ, & in disponendis exercitibus valde cantus: & quia futurus erat virga furoris Domini, in populos Hispania pestilentes, diuino auxilio ferebatur, ut vicinas gentes suo imperio subiugaret. Romaniam quoque, & multas prouincias Romanorum, vastatione assidua conculcauit. In insulas etiam & fines India domuit, deuastando ciuitates, plurimas, oppida, & castella obsedit, & occupauit. In Lybia anfractibus omnem maritimam subiugauit, in occiduis partibus regnum Gothorum antiqua soliditate firmatum obtinuit, & afflixit: quod à tempore Leouegildi per annos centumquadraginta pace continua fuit letum. Hic per ducem exercitus sui Muzam Hispanias do-

muit,

tamen furtiuus obreptionibus nonnullas eorum ciuitates, & oppida stimulauit, & pro huiusmodi infestationibus Gallicorum scilicet, Christianis uectigalia duplicauit. Cumque honoris fascibus in Hispanijs triumpharet, postremo per se expeditionem ingeminat contra Francos, & incursionem in eos, assumpta audacia, meditatur. Sed cum cepisset cum exercitu proficisci, propria morte vitam finiuit: ipse autem Ambiza in ultimo constitutus quendam qui Odra dicebatur, consulem patrie sibi commissa, & principem exercitus repedantis propria voluntate ordinauit. Sed Arabes in continenti Amiramomeni Ambizae obitum nuntiarunt, & omnem pariter successionem: Ixit autem in continenti misit eis quendam, qui Iahya dicebatur, & erat filius Zulemae, anno regni Arabum centesimo septimo, & fuit terribilis potestator, & regnavit duobus annis & dimidio, homo acris ingenij, crudelis dominij, tamen iustitiae intendebat, nam Arabes siue Mauros, qui res pacificas abstulerant Christianis, coegit debite restaurare.

Obitus.

## CAPVT DVODECIMVM.

## De Regno Hiscam.

**H**VIUS temporibus Ixit quarto regni sui anno completo, vitam finiuit, & fratrem suum Hiscam nomine instituit successorem, tali pacto, ut filius eius proprij feminis, Abulit nomine, fratri succederet in honorem. Hiscam autem in sua primordijs potestatis, anno regni Arabum centesimo septimo satis modestum, & pacificum se ostendit, & regnavit annis viginti & uno. In Romania & in partibus Orientis prospere multa gessit, non praesentialiter, sed per duces terra & pelago destinatos, & in Occidentis partibus nil egit praclarum. Demum tanta cupiditate fuit illectus, ut de nullo nisi de collectione pecuniae cogitaret, adeo ut omnes reges qui eum praecesserant, praecelleret in diuitijs congregatis; verum quia emanationis iniurias non poterant tolerare, multa prouinciae sibi subditae uota sua ab eius proposito fere per annos quatuor retraxerunt, strage plurima subsequente, nec discessum huiusmodi potuit reformare: Prouinciae autem eius dominio subditae, & secta Mahometi inquinatae, necesse est ut proprijs nominibus exprimantur, videlicet Iconia, cuius metropolis Iconium; Lystria, cuius metropolis Lystris, Alapia cuius metropolis ciuitas eiusdem nominis; Chaldaea cuius metropolis Babylon destructa: Assyria, cuius metropolis Ninive: Medea, cuius metropolis Hebatanis: Hyrcania, cuius metropolis Antiolos: Persis, cuius metropolis Susa: Mesopotamia, cuius metropolis Aram, siue Sarra: Syria superior, cuius metropolis Damascus: Celesyria, siue Phoenicia, cuius metropolis Tyrus: Syria inferior, cuius metropolis Antiochia: Iudaea, cuius metropolis Hierusalem: Aegyptus, cuius metropolis Alexandria: Arabia maior, cuius metropolis Baldac: Aethiopia, cuius metropolis Naddauer: Africa cuius metropolis Carthago: Hispania cuius metropolis Toletum. Has omnes prouincias subiugauit secta & gladius Mahometi. Aliquando etiam Siciliam cuius metropolis Panormum, & Calabriam, cuius antiqua Metropolis Rhegium, & partem Apuliae, & Galliam Gothicam, cuius metropolis Narbona, & Vasconias cuius metropolis Auxis, & Burdigaliam sua potentia subiugauit.

Regna Saracenae subiecta.

Anno itaque regni Arabum centesimo undecimo, Hiscam vero sexto, suscepit regnum Arabum in Hispanijs Odoysa Alcayci auctoritate, a duce Africano recepta.

emunctos usque ad exinanitionem extremae virtutis, tyrannide coarctauit. Arabes autem qui fuerant prima vastationi, carceris ergastulo, & ciliciorum asperitate, & fame & inedia maceravit, adeo ut vermes siue pediculi in cilicij scaturirent, & questionibus eos afflixit, ut thesauros absconditos reuelarent. Hoc tempore Eclipsis solis ab hora sexta usque ad horam nonam durauit, & stelle, ut in tenebris apparebant. Verum quia Ixit ob sanctimoniam suae sectae ab omnibus amabatur, & sanctissimus habebatur, Omar frater eius eum in tutelam regni adsciuit: Omar autem praeditus benignitate nimia, a praelys, quantum poterat, abstinebat. Tanta enim dulcedinis & patientiae fuit in regno, ut tantus honor ei exhiberetur, & tanta laudis praeconio effloret: quod non solum a suis, sed etiam ab exteris praecunctis principibus amaretur. Tanta etiam sanctimonia ei adscribitur, quanta nunquam ulli Arabum fama veridica recognouit, qui & princeps paucorum dierum vitam finiuit.

Eclipsis.

## CAPVT VNDECIMVM.

## De Ixit &amp; Ixit, &amp; Obsidione Tolosae, &amp; principatu Ambizae.

**O**MAR mortuo Ixit regni gubernacula cepit solus; tunc quidam alius Ixit nomine, qui de genere suo erat, & apud Persas tutelam gerebat, rebellionem molitus, bella ciuilia procurauit. Sed Ixit misit quendam Muillima nomine cum infinito exercitu, ut rebellionis iniuriam edomaret, & in campis Babylonicis, supra Tigrim rebellantium turba dilaberetur fuga magna, & auctor sceleris comprehensus uenie reseruetur. Tunc etiam in occidentis partibus multa illi prospera prouenerunt, nam Zama, qui tribus annis ducatum tenuit in Hispanijs, proprio stylo descripsit uectigalia Hispanorum, & quod prius indiuisum ab Arabibus habebatur, ipse partem reliquit militibus diuidendam, partem fisco de mobilibus, & immobilibus assignauit, & Galliam Narbonensem diuisione simili ordinauit, & Francorum gentem bellis frequentibus stimulauit, & Narbonae ob tuitionem patriae electos milites collocauit. Ipse autem bellis plurimis Tolosam ueniens, obsidionis ambitu circuiuit, & cepit eam varijs machinis impugnare. Gens autem Francorum cum Eudone exercitus sui duce in obessorum auxilium superuenit. Cumque uterque exercitus cepisset acriter dimicare, Franci Zamam ducem Arabum cum parte multitudinis peremerunt: reliqui, obsidione relicta, se fugae patrocinio commiserunt, & qui euaserant, Abderramen sibi principem elegerunt, donec principalia iussa uenirent. Per idem tempus Frodoarius Auxitanae sedis Episcopus, & Urbanus Toletanae sedis, Veteranus Melodius & Euancius eiusdem Toletanae sedis Archidiaconus, doctrina, sapientia, spe, caritate, fide & sanctitate ad confirmandam captiuam Dei Ecclesiam clari habentur. Ixit autem misit praefectum in Hispanias Azam filium Melich, & praecipit ei, ut ciuitates, oppida, & castella, quae per vim Arabes expugnauerant, subijceret sub tributo, videlicet ut quintam partem omnium prouentuum fisco regio soluerent annuatim: quae uero sponte se reddiderant, decimum tantum soluerent pro tributo, & hi & illi in suis possessionibus liberi remanerent. Iste Azam pontem Corduba fecit fieri, anno Imperij Arabum centesimo secundo. Azam cum duobus annis & dimidio in Hispanijs praefuisset, & a vastatione Tirafone rediret, fuit a suis proditorialiter interfectus, & Ixit Amiramomeni praefecit Hispaniae quendam qui dicebatur Ambiza anno regni Arabum centesimo tertio, & quatuor annis & dimidio principatum Hispaniae apte rexit, & gentes Francorum praelia meditando saepius intrant, & per directos Satrapas insequendo, infeliciter decertauit, nihilominus

Ixit Chalisa.

Zama.

Tolosa obsidetur.

Azam.

Ambiza.

tamen


rendam, quæ simul cum oppido Cerritanie fuit capta. Viri autem exercitus caput Mamæ præcipitio iam collisum cæde secunda detruncant, & cum filia Eudonis regi suo læti præsentant. Abderramen autem de rebellium interitu iucundatus, eius uxorem, cum esset pulcherrima, summo Regi trans maria honorifice destinavit. Tunc Abderramen victoriæ gloriam prosequi non desistens, cum videret terram suam multitudine esse repletam, fretosa dissecans, & montana procæcans, Rhodanum etiam disfulcauit: verum cum Arelatum in multitudine exercitus obsidisset, inferioris fortunæ Gallici sunt iuuenti, nam fugati periculo se vouentes sequaci victoriæ sunt præuenti, quorum cadauera vorax Rhodanus occultavit, & terra suscipiens reuelavit, & eorum tumuli adhuc hodie in Arelatensium æmiterio ostenduntur.

## CAPVT XIV.

## De morte Abderramen, &amp; Fuga suorum, &amp; Carolo Martello.

**A**BDERRAMEN autem lætus victoriæ, elatus potentia, ratus est Francorum patrias deuastare: cumque amnes Garumna, & Dordonia pertransisset, Eudonem, de quo diximus, inuenit ad prælium præparatum, sed infelicitate præterita comitatus, in fugam dilabitur fugitiuus, & tot ibi de eius exercitu ceciderunt, quod eius numerus omni humanæ scientiæ occultatur. Sed cum Deus concluderet ostijs mare, & ei dixerit, hucusque venies, & vndas fluctuum hic confringes, Abderramen non à Deo, sed à sua potentia æstimans prouenire, proposuit interiorem Galliam penetrare, & Eudonem ducem persequi non desistens, per Petragoneam, & Sanctoniam & Picthauiam ciuitates, oppida & Ecclesias deuastando, & igne continuo consumendo, etiam Turonis ciuitatem, Ecclesiam & palatia vastatione, & incendio simili diruit, & consumpsit. Eudo autem, de quo diximus, ad Consulem Francia, & Germaniæ Carolum, virum belligerum, & rei militaris expertum fugit, infelicitatis Francorum excidia relaturus. Carolus autem dictus Martellus, Germanos & Gepidas secum ducens cum Francis qui remanserant, Abderramen se obtulit deuastanti: cumque per septem dies bellis particularibus sese impeterent, demum dispositis aciebus generali prælio dimicantes alternis cædibus se leserrunt; sed gens Austriæ membrorum præeminentia valida, & gens Germana corde & corpore præstantissima, quasi in ictu oculi manu ferrea, & pectore arduo Arabes extinxerunt: & ipsum gladio peremerunt, sicque nocte prælium dirimente ad castra sua exercitus redierunt: mane autem diluculo apparente viderunt Germani Arabum tentoria, ut heri fuerant ordinata, & putauerunt Arabes velle prælium restaurare, & cum exploratoris officio vacua percepissent, iucrunt ad spolia, & manubia diuidenda, & verentes ne forte Arabes in stratis, vel semitis insidias procurarent, Germani, & Franci in patrias redierunt:

Arabes autem, qui euaserant, per compendia  
ad Galliam Gothicam  
reuerſi sunt.



Hic fuit vir leuitate plenus, & vacuus gravitate, præ paucitate autem temporis nil dignum memoria legitur peregiſſe: isto à regno repulſo Hiſcam Amiramomeni Temenſil. Abinazæ ad regimen Hiſpaniæ deſtinavit, anno regni Arabum centeſimo undecimo, Hiſcam vero ſexto. Hic quinque menſibus Hiſpanias gubernavit, poſt quos vitam finiuit, & miſſus fuit alius Autuman nomine, hic per quatuor menſes rexit terram: poſt quem Hiſcam ſubſtituit, alium nomine Albhaytam filium Obeit, qui veniens in Hiſpaniam ſigillum, & auctoritatem principis quam deferebat, patienter, & ſtrenue demonſtrauit, & per decem menſes turbidus terram rexit, & intellexit aliquos de Arabibus in deſiſtionem eius colloquio clandeſtino conſpirare: unde & eos capiens conſpirationis proſiſtitum flagellis exteſit, & demum iuſſus ab amulis tranſmarinis quos pænis afflixerat, capitibus detruncavit. Inter quos Zath Sarracenum ſanguine nobilem, facundia clarum, diuerſis rebus & diuitijs opulentum, pæna afflictum, ſlagris illuſum, colaphis caſum, inhumaniter ſlagellavit.

## CAPVT XIII.

## De Zath &amp; Abdalla, &amp; Abderramen, &amp; eius victorijs.

**Z**ATH autem manus eius euadens ad petitionem gentis, eorum quorum ſanguinem effuderat inhumane, Amiramomeni ſe conſpectibus præſentavit: & cum eo Mahimen mittitur Sarracenus cum relatione auctoritatis abſconſa, ut abſque cunctatione aliqua Abderramen, Albhaytam eiecto, ad regni regimen ſubleuetur. Sed cum Mahimen Cordubam perueniſſet, Abderramen non potuit inuenire, & ſtatim Mahimen Albhaytam captum carceri mancipavit, nec mora fortiter ſlagellatum, turpiter iudicatum, capite decaluarum, poſt terga manibus colligatum, catenis ferreis alligatum, ab aſino deportatum, per ciuitatem attractum, tantis ludibrijs reſeruatum, iterum carcerali cuſtodie mancipavit, & ibi vitam finiuit: poſt quem regnavit Mahomet Abenabdalla duobus menſibus, quibus completis Abderramen inuenitur.

Anno Imperij Arabum centeſimo decimo tertio, Hiſcam autem nono, Abderramen vir belliger ad poteſtatem eligitur Hiſpanorum, & regnavit fere tribus annis. Cumque de animoſitate, & gloria ſuperbiret, unus ex Mauris Muniz nomine audiens ſuos temeritate iudicium indebite aggrauari, pacem cum Francis illico procuravit, & rebellionem aduerſus Arabes præparavit, & cum eſſet in prælijs expeditus, multi eius deſiderio paruerunt: unde & fuit ſtatus palatii conturbatus, & non multis diebus interpoſitis, Abderramen expeditionem agitans rebellem inſequitur, conturbatus, & in Cerritanie oppido concluſit obſeſſum. Hic multorum Chriſtianorum effuderat ſanguinem innocentem, & Anambaldum Episcopum illuſtrem, virum florida iuuentutis incendio concremauit, & ſic Sanctorum ſanguine crapulatus, ſui meruit laborare. Nam quamvis oppidum Cerritanie affluentis aquæ abundantia rigaretur, Muniz undique circumcluſus ſitis ardore præuentus, non inuenit quo auſugere moriturus, ſed ut manus euaderet perſequentium, deſperatam animam morti offert, & dum per anfractus rupium conaretur auſugere, manus perſequentium non effugit, nam dum in ſciſſuris petrarum latebras quarebat, præcipitio animam exhalavit, ne viuus odioſo principi traderetur. Nuper etiam Eudo proſiſtitus Gallicorum huic Muniz filiam ſuam cauſa fæderis in coniugio copulavit, & ad ſuos libitus tradidit inclinandam, ob perſecutionem Arabum diffe-


13 Mahomet Abenabdalla.

14 Abderramen.

## CAPVT XVI.

De insolentijs Hiscam, & infelicitate eius, & de Belgi,  
& morte Abdelmelic.

**I**GITUR Hiscam iniquitatem, & rabiem diu conceptam & cupiditatis termino relaxato cepit in suos plus debito debacchari, & insolentius se habere unde & gens sua subdita potestati in bellum prosiliit intestinum, nam & illa vasta solitudo, unde Arabia oritur, & Occidentalis plaga, & ea quae ad meridiem extat zona, impietatem iudicum non ferentes, ad inuicem colligati, à suis ceruicibus iugum Arabum excusserunt: sed ut rumor ad aures Hiscam peruenit, misit Cultum cum centum millibus bellatorum, quem praefecit exercitui Orientis, cum quo veniens in Africam se recepit, & desinito consilio statuerunt, ut Maurorum patrias discursando, & gladio feriendo ad Tingitanum pelagus properarent: sed ut Maurorum rebellio hoc percepit, pannis circumpendentibus duntaxat pudendis obiectis, nudi prosiliunt à montanis, nigri specie, crispi crine, albi dentes: cumque ad fluuium qui Masam dicitur aduenissent, utroque exercitu ex opposito collocato, Mauri tetrum colorem equis pulcioribus venustantes, & albis dentibus subridendo, aduersi exercitus multitudinem deterrebant. Vnde & pars Cultum & Arabici equites, & equi Aegyptij, cum sua & ascensorum internecione subito terga vertunt, & dum per deuia, & fretosa cursitant, transfretando absque retinaculo, vel reparatione virium, multitudo illa deperijt, in cremi vastitate: sicq; omnis illa collectio Orientis & Occidentis per fugam dilapsa undique dissipatur, dum dux exercitus, Cultus nomine, cum socysterritis iugulatur, & pars una fugientium persequentium gladio perimitur, & pars alia vagabunda per viam, qua venerat, redire cogitans trucidatur, & tertia pars quo deuenit ignoratur. Exercitus itaque rebellantium habebat super se ducem Belgi Abenben, & tribus annis regnavit, homo magni generis, & armis exercitatus. Iste in Hispanias, proh dolor, cisfretauit, cumque praesensisset Abdelmelic, de quo dixeram, iuit ut portum nauibus impediret, sed ubi Mauri Hispania cognouerunt, Belgi volentes auxiliari contra Abdelmelic, ad praelium conuenerunt, & in tres partes diuisi, vnã mittunt contra Toletum, aliam Cordubam, ut Abdelmelic interficerent in eadem, tertiam ad portum dirigunt Septitanum, ut reciperent nauigantes, quos Belgi in Hispaniam destinabat, vel si forte de Arabibus qui è praelio euaserant, inuenirent, in eos acriter desuissent. Sed Abdelmelic contra procedens partem illam quae Toletum per viginti sex dies obsederat, exstinctiuo gladio dissecavit: aliam partem per Almuzahor Arabem, licet cum magna exercitus internecione, ense belligero refrenauit, & pars ista ad partem aliam declinauit, quae ad portum ierat: tertiam partem simili excidio dissipauit. Tunc Abdelmelic de tantis successibus gloriosus, epistolari alloquio Belgi monuit, ut in pristinam insulam se reciperet: Belgi autem audiens, indignanter misit Abderamen principem militie, ut coërceat obsistentem, qui Cordubam veniens penetravit ciuitatem, & Abdelmelic captum grauius iudicijs & sudibus arundinum cruciatum, demum gladio interfecit: & tanta in Oriente & Occidente ab utrisque praelia sunt peracta, quod vix lingua sufficit enarrare.



## CAPVT XV.

De Abdelmelic & Ocha.

**A**NNO Arabum centesimo decimo sexto, Hiscam Amiramomeni misit quendam Abdelmelic nomine de nobili genere, qui dum in Hispaniam peruenisset, post tot clades & pericula, inuenit eam opulentia non oblitam, & bonis omnibus abundantem, & quasi malogranatum augustalibus delicijs efflorentem. Ipse autem quatuor annis regnans qui dispensator esse debuerat, inuentus est dissipator discolus & petulans, & prosperitatem patriae reputans, inopinam flagrantis petulantiae malitiam propalauit, & patriae iudices blandiendo, pro iure iniurias, pro pace angarias, pro regimine nocua cepit in Hispania exercere, ut rediuiua plaga angustias reparatas mordaci tyrannide renouaret, nec aliquid utile, aliquid strenuum exercuit in patriae vastatores. Vnde cum relatione summi principis accepisset, ut Francorum insultibus obuiaret, volens iuga Pyrenaea penetrare, multis suorum perditis in planis Celtiberiae refugus se recepit: vox enim Christianorum quae ad aures Domini ascendebat, contra tyrannum diuini iudicij sententiam impetrauit, moxque Amiramomeni remouetur edicto, & successor ei mittitur Aucupa, siue Ocha, anno Arabum centesimo decimo nono, Hiscam vero, anno decimo quinto, & quinque annis regnavit. Hic potestate praecelsa, genealogia, & legis suae custodia ab omnibus timebatur, & Abdelmelic, qui ante eum regnauerat, vinculis alligauit, iudices & praepositos, quos ille instituerat, condemnauit, secta sua ceremonias cogebat Arabes exacte seruare, & tributa ardua exigebat, fiscum diuersis occasionibus augmentauit, & peruersos Hispaniae, & diuersis vitijs implicatos, ratibus impositos coegit ab Hispania exulares neminem nisi per iniustitiam legis propriae condemnauit: expeditionem Francorum cum multitudine exercitus attentauit: deinde ad Caesar Augustam classe peruenit, ubi recepit epistolas à partibus Africanis, quod Mauri Hispaniae ei resistere intentabant, quibus perlectis, quanta potuit velocitate Cordubam remeavit, & in transductiuus promontorijs se recepit, ibique naues ab Africa praestolatur, quibus receptis in Africam transfretauit, & assumptis auxilijs continuo cisfretauit, & contradictores bifarios, & rebelles quos reperit interfecit, sicque omnia disponendo, sedi propriae inclutus redonatur, qui post paululum peracto quinquennio, infirmitate correptus Abdelmelic, quem raptum tenebat, consensu omnium restituit in regni sedem, infirmitate eius vitalia penetrante vitam finiuit, & regnavit secundo Abdelmelic, anno Arabum centesimo vigesimo quarto, Hiscam vigesimo.

15 Abdelmelic.

16 Aucupa.

17 Abdelmelic.



## CAPVT XVIII.

De Abdalla Benallabeci, &amp; Abderramen.

Familia  
Allabeci,  
Chalifa-  
tum inua-  
dit.  
Abdalla  
Chalifa.

Corduba  
regia Ara-  
bum.

22 Abder-  
ramen.

**H**OC tempore anno Arabum centesimo trigesimo quarto Abdalla Benallabeci Maruan, qui tumultuose, ut diximus, Imperium Arabum occuparat, manu valida attentauit: quod Maruan cum presensit, tumultu gentium animo minoratus, cum thesauris publicis e palatio fugiens, ire in Lybiam meditatur, ut ibi praelium repararet: sed Abdalla nihil veritus, seniorum instinctu, in sede regia se collocauit, & statim post Maruan cum infinito exercitu Arabum, & Persarum suum patrum zali nomine destinauit, qui Maruan de loco in locum insequeretur. Tot enim mala intulerat Sarracenis, quod nusquam receptaculum inueniret, & Nilo traiecto cum ad locum, qui lingua eorum Azumum dicitur, peruenisset, insecutores cum Maruan sese adeo valde iacularunt, ut binos per dies ex utraque parte plurimi caderentur, & die tertio Maruan victo, & interfecto, insequentes a gladio cessauerunt. Tunc capita magnatum ad Abdallam dirigunt, quasi Xenia pretiosa, & de residuo spoliarum remunerant bellatores, digna pace patrie terminos disponentes, & a Mahomet usque ad haec tempora cismarini, & ultramarini Arabes vnius Amiramomeni dominio regebantur, & qui de Benallabeci progenie descendebant, eos qui de Abenhumia descenderant a sede imperij expulerunt, cognationem eorum ad necem ubique inuestigantes. Humia autem, & Abenallabeci ex duabus consiliationibus Mahometi processerant: unde & inter domos eorum diu contentio perdurauit. Alij dicunt, quod Mahomet non nisi vnam filiam reliquisset, quae Fatima dicebatur, & nupsit Alij Abentalep, qui scriptor fuerat Mahometi, & post Mahomet, quartus regnauit, annis quatuor, & diebus octo, & ab isto & Fatima duae domus concertantium processerunt, & post Mahomet Abenallabeci, cismarini ab Africano Imperio discesserunt, & sedem regni Cordubae statuerunt: deinde particularibus dominijs excidia patrauerunt, usque ad tempora Almoravidum, qui sibi Hispanias subiecerunt, & fuit Monarchiae unitas restituta. Sed & Almoades tam ab Africa, quam ab Hispanijs Almorauides eiecerunt, & sibi regnum totaliter subiecerunt, usque ad tempora regis Fernandi, sub quo Abensut Almoades ab Hispanijs effugauit, & fere monarchiam obrinuit citra mare. Vnus autem Abderramen Abenmeyya, qui Abderramen Adahal postea fuit dictus, clanculo in Hispanias cisfretauit, & misit quendam de clientulis, ut voluntates omnium exploraret, & inuenit quamplurimos Abderramen beneplacito inclinatos: quod cum ad Abderramen notitiam peruenisset, statim ad Hispanias cisfretauit, & continuo Malaca, Assidona, & Hispalis eius dominio se dederunt: & Hispalim fere de omnibus Hispaniae partibus aduenerunt, eius dominio se spondentes, & inde exercitu congregato processit contra Iuceph Alaci, qui Corduba erat pugnaturus, & praelio inuito fugit Iuceph ad praesidium Toletanum, & Abderramen interim Veiam obsedit. Tunc Iuceph furtim ingressus est praesidium Cordubense, & inde dominas tres educens in Granata confugio serecepit, quem Abderramen insecutus tandem in deditioem eum recepit, & cum Abderramen Cordubam inde venit, sed culpa conscius, sibi timens, Emeritam adiit fugitiuus: ubi fere viginti millibus hominum congregatis, terram Abderramen cepit vastationibus laceffere, & dum incurfibus desentiret, bellatores de Hispali, & eius partibus venientes continuo fugauerunt, & ipse credens Toleti, ut in praesidio liberari, a quibus vitam sperauerat, est occisus, & incontinenti Abderramen dominio se dederunt, & tunc regno in Hispanijs confirmato Amiramomeni statuit se

C

vocare,

## CAPVT XVII.

De Alulith pulchro &amp; Abulcatar &amp; Thobam.

**A**NNO Arabum centesimo vigesimo quinto Africani & Arabes concorditer consenserunt, ut Alulith Pulcher filius Izit, sobrinus Hyscam, in eius solio locaretur, qui regnauit annis duobus: nec mora Doran rebellia suadente omnis Hispania conturbatur. Annoprimum Alulith Abulcatar mittitur in Hispaniam ad iussa principalia exequenda, qui veniens extinxit scandala & sedauit: & sollicite commissam patriam gubernauit, & omnes superbos Hispania, sub specie exercitus in Africam destinauit. Sed Hispani Arabes per Zimaël virum gentis suae auctoritate praeditum Abulcatar, a regni solio remouerunt: cumque congregari voluissent, Zimaël, calatam posuit in occulto, & dum Abulcatar fugientem sequeretur Zimaëlem, incidit in calatam, & hi qui cum eo erant fuerant Zimaëli conturatione clandestina obligati. Cumque eum in periculo reliquissent, victus succubuit, & occisus, & Toban qui valida adiutoria praebuerat Zimaëli, ad regni solium sublimatur. Iste diuersa praelia attentauit, ad quae se & suos infeliciter praeparauit, demum dura internecione succubuit cum multitudine occisorum. Alulith autem defuncto, omnes homines patriae, Ibrahem fratrem eius in Amiramomeninum, & dominum receperunt, anno Arabum centesimo vigesimo septimo. Sed Maruan vnus ex Arabibus in scandalum suscitatus, dum eum cum paucis in palatio reperisset, gladio interfecit: sicq; rei huius causa intestinum dissidium suscitatur, & quinquennio perdurauit, Azali quodam Arabe dissensionis scandalum procurante. Anno Arabum centesimo vigesimo octauo, Maruan secundo, qui cum Ibrahem regnauerat duobus annis, Thoaba in Hispanijs praefecit regnans, anno vno: hic fuit vir belliger, & magni generis, sed annus vnus vitam eius & regnum finiuit. Quo defuncto ab omni senatu palatij Arabum Iuceph in Hispaniam mittitur ad regni regimen sublimatus, Anno Arabum centesimo vigesimo nono, seu incipiente trigesimo, Maruan vero tertio, Iuceph ut senior, & longaeuus, ad regimen Hispaniae sublimatur, cui non post multos dies diuersa rebellia Arabes per Hispaniam molientes plurimos occiderunt. Iste ad suggestionem residui populi qui mortem euaserant descriptionem publico codicis innotuit, & quos de Christianis vectigalibus depresso gladius vastatorum a fisci codice demerentur. Hic licet petulcus tamen sollicite rexit regnum. Sexto anno regni istius hora prima, secunda, & tertia, omnes Corduba habitantes, tres soles lucis mirifica conspexerunt, & quasi psallentes cum facibus igneis & smaragdineis praedicebant, ex quorum ortu Angli deuastantes Hispania sine nutu Dei fame intolerabili affecerunt.

Alulith  
Chalifa.

18 Abul-  
catar.

19 Toban.

Ibrahem  
Chalifa.

Maruan  
Chalifa.

20 Tho-  
ba.

21 Iuceph.

Tres soles  
vib.

CAPVT

## CAPV V XX.

## De Prognostico mortis eius.

**T**ANDEM aduocauit quendam in arte Astronomiae valde peritum, & quaesuit ab eo, quid de regno, vita, vel eius operibus sua artis indicio percepisset, at ille licet timidus, minis territus, quae perceperat reuelauit, dicens ei, Eris praeregibus Fortunatus, & manus tua opprimet inimicos, sed in regno octo annorum numerum non complebis. Quod Rex audiens, diu tacuit, Astronomum autem remunerauit. Exinde autem cepit se virtutibus politicis exercere, & se omnibus beneficium exhibere, & pauperibus iustitiam conseruare. Hic Galleciam deuastauit, anno Arabum centesimo septuagesimo quinto, & in reditu obuium habuit Veremudum. Deinde, ut diximus, Narbonam obtinuit, & Gerundam, anno Arabum centesimo septuagesimo septimo: & plurima bella exercuit cum rege Galleciae Aldefonso: & cum quadam vice Galleciam introisset, anno Arabum centesimo septuagesimo nono, Christiani in montanis loca deuia seruaerunt, & transitu occurrentes, pluribus captis, ex Arabibus, plurimos occiderunt.

## CAPV T XXI.

## De morte Isen, &amp; regno Alhacam.

24 Alhacam.

**I**SEN autem cum regnasset annis septem, mensibus septem, diebus septem, vitam finiuit, & filium suum Alhacam nomine, regni substituit successorem, anno Arabum centesimo septuagesimo nono, & regnauit viginti sex annis, mensibus decem, diebus viginti. Hic fuit sapiens, & strenuus in agendis, & ut legis eorum ratio asserit, Fortunatus, & seruorum quinque millia ad sui custodiam deputauit: tria millia de apostatis Christianis, & duo millia de eunuchis, quorum aliqui secum ibant, alij praesidium obseruabant: & ipse etiam personaliter pauperes iudicabat, & maleficos inquirebat, ut compesteret delinquentes: & quod gentis illius impietas vix admittit, eleemosynas liberaliter erogabat. Cum autem fratres Isen Zulema & Abdalla, qui a facie fratris, ut diximus, fugerant ultra mare, audissent Isen mortuum, & Alhacam filium eius in regni regimine substitutum, conati sunt regna perturbare, & fugam infamiam festino reditu palliare, & contra nepotem vela reducia crexerunt, & in Hispaniam cisfretantes, regnum nepotis inuadere praesumpserunt, & Abdalla, agnomine Valentinus, cum barbaris Valentiae rebellauit, & Zuleman fratrem suum Tangia accersuit, & ambo a Valentia nepotem suum, Alhacam nomine, bellis indesinentibus impetebant, demum collatis vexillis ad inuicem dimicarunt, & Zulema ibi interfecto, Abdalla, fugae opprobrio derelictus Valentiam est reuersus.

Hoc fuit anno Arabum centesimo octuagesimo quarto, anno regni Alhacam quinto. Mansit autem Abdalla Valentiae praelio refrenatus, & auxilio destitutus: Nepoti autem per nuntios supplicauit, ut securitatem, & victualia indulgeret:

C 2

Alhacam

vocare, anno Arabum centesimo quadragesimo secundo. Et tunc fecit obsidari praesidium Cordubense, & Hortum nobilem, qui Razapha Arabice nuncupatur. Tunc unus qui Girat Alhadra, & alius qui Beie, & multi alij contra eum in unum factitij surrexerunt, sed omnes cade, & praelio subiugauit, & vrbes rebelles dispendio simili coarctauit, & multos suspendio, multos nece, multos gladio eliminauit.

Anno autem Arabum centesimo quadragesimo nono cepit Cordubensem Mezquitam edificare, ut praerogatio opere omnes Mezquitas Arabum superaret; regnauit autem annis triginta tribus, & mortuus est anno Arabum centesimo septuagesimo primo, & sepultus est in praesidio Cordubensi. Reliquit autem undecim filios, & nouem filias. Unus ex filiis Isen nomine, successit in regno. Frater autem eius Zulema, qui a patre successor fuerat institutus, praerat principatui Toletano. Hic cum audisset, quod eum Pater instituerat successorem, contra fratrem exercitum congregauit, & sibi mutuo occurrentes apud castrum, quod Bulche dicitur, acriter dimicarunt, sed Zulema inferior est inuentus; & Isen victoria animosus, Toletum adiit, & obsessam post modicum occupauit. Zulema autem victus, & fugitiuus Murciae se recepit anno Arabum centesimo septuagesimo quarto. Post haec Isen emit a Zulema quicquid in Hispanijs possidebat pro septuaginta millibus aureorum, & Zulema relictis Hispanijs mare transiens iuit in Barbariam: & quieuit Isen ab eo, & obtinuit Isen Toletum, & caetera loca, quae Zulema consueuerat possidere. Similiter cum altero fratre Abdalla, interposito dissidio aliquanto, demum concorditer conuenerunt, ut relictis Hispanijs in Africam transfretaret: & sic duobus fratribus effugatis, ab eorum scandalo regnum Hispaniae conqueuit, & totam terram iustitia, & dilectione pacifice gubernauit, & a suis plurimum amabatur.

Templum Cordubensi edificatur.

23 Isen.

## CAPV T XIX.

## De Actibus Isen.

**A**NNO autem Arabum centesimo septuagesimo septimo, misit quendam a suis qui Abdelmelic dicebatur, cum magno exercitu, ut Christianorum patriam deuastaret. Hic Narbonam, & Girundam, & loca interposita cepit, & subiugauit, & tot spolia secum duxit, ut in quinta parte Isen suo principi Morabetinorum quadraginta quinque millia peruenirent, ex quibus Mezquitam Cordubae, quam pater suus inceperat, consummauit. Narbonenses autem & caeteri Christiani tanto exterminio ferebantur, quod pactis concordiae interiectis, ut a Narbona usque Cordubam, humeris, & vehiculis terram ferrent, ex qua in suo praesidio Mezquitam edificauit. Construxit etiam Mezquitas alias, & veteres renouauit. Quicquid autem acquirere poterat, liberaliter diuidebat: & ita viriliter restitit Christianis, ut cum quadam vice diues quispian pro redemptione Maurorum, magnam summam pecuniae diuisisset, vix potuit inueniri quem redemptio liberaret. Et cum suorum aliquis morte propria vitam, aut gladio finiebat, paternum stipendium filio quantumlibet paruulo, erogabat, donec aetate perfectus, militia adscriberetur. Hic constituit pontem qui Cordubae adhuc exstat: fuerat enim ibi pons alius, qui sub isto inferior subsistebat, & est in directum porta maioris, prope praesidium, quod in lingua sua dicitur القصر Alcazar: & tanta diligentia pontis fabricam procurauit, quod ipse personaliter operantibus assistebat, & fabricae ordinem dirigebat.

Pons Cordubensis.


CAPV T

autem in Ambroz præsidio voluit hospitari, ut inueniretur quasi in medio ciuitatis, & ut apud eos gratiosior haberetur. De consilio Ambroz de potioribus urbis fecit ad conuiuium inuitari, & solennibus epulis instauratis, cum venissent qui fuerant inuitati, speculatores cum ensibus præparati ingredienti, hospites capitiibus mutilabant, & retentis capitibus, equitaturas per oppositum hostium dimittebant, sanguine in voragine fouea eliquato. Cumque quispiam vaporem sanguinis ascendentem odoratu narium percepisset, & non ex carniū, vel ex vapore conuiuij inualere, quæsiuit de his qui introierant, quidnam esset: & responso accepto, quod in epularum sedibus discumbebant, odore sanguinis stimulatus, factiōnis interitum promulgauit, quia fere succubuerant quinque millia occisorum. Populus autem deiectis animis consternatus Alhacam, & Abderramen seruitutē capita subiecerunt, & rebellionis opprobrium confusione debita sustulerunt, & hoc fuit anno Arabum centesimo nonagesimo.

## CAPVT XXIV.

## De victorijs Alhacam, &amp; morte eius.

POST hæc actis felicibus eleuatus, misit quendam de suis magnatibus, Abdelcarim nomine, cum suo exercitu Calaguriam. Abdelcarim autem cum obsidisset aliquamdiu Calaguriam, & etiam vsque ad mare phalangibus emissarijs plurima vastasset, cum præda gloria copiosa mittentis in dominium est reuersus, anno Arabum ducentesimo, regni Alhacam decimo nono. Postea anno Arabum ducentesimo secundo Arabes de suburbio Cordubensi nisi sunt contra Alhacam dominum rebellare, quia diuitijs, & delicijs eleuati, iugum domini abhorrebant. Alhacam autem rebellionē adueniens, cum Abdelcarim, qui strenuitate militiæ erat clarus, per portam quæ noua dicitur, ciuitatem ingressus est Cordubensem, & rebellium indebitam factiōnem cede, & suspendio domuit, & sedauit, & iuxta portam quæ pontis dicitur, in ripa fluminis, trecentos & amplius infurcauit: qui autem potuerunt euadere fuga subsidium elegerunt. Rex autem solita pietate decreuit rebus, paruulis, & mulieribus indulgendum. Hic Alhacam fuit strenuus in agendis, & rebelles compefcuit uictor bellorum. Dum autem bella cum suis patruis exerceret, Christiani Barchinonam acquisuerunt, & Arabes vastationes, & incendia sunt perpeffi. Cumque Alhacam, sedatis suorū diffidijs, ad recuperandas terras quas amiserat, se pararet, mortis Imperio est præuentus, anno Arabum ducentesimo sexto, regni sui vigesimo septimo, qui reliquit nouemdecim filios, filias autem viginti & unam.



Alhacam autem malitia iam oblitus, concessit ei ut Valentia moraretur, & mille aureos mense quolibet, & per annum quinque millia sibi dabat: Abdalla autem iam pacificus, filios suos misit Regi, & Rex eos benigne recipiens, eorum uni sororem suam matrimonio copulauit, & sic terra à prælijs conquieuit.

## CAPVT XXII.

## De rebellionē Toletanorum.

ANNO autem regni Arabum centesimo nonagesimo, regni autem eius decimo septimo, populus Toletanus, confidens de fortitudine ciuitatis, & multitudinē incolarum, & copia victualium, rebellauit, & ei iura regalia negauerunt, quos copia, otium, & securitas fecit à dominio aberrare. Rex autem licet familiari stimulo arctaretur, sustinuit patienter, & scelus scelere studuit calide vindicare: & vocauit Ambroz, quem Oſca præfecerat, & Cæsar augusta, & erat carus, & fauorabilis Toletanis: regi autem Alhacam semper extiterat utilis, & fidelis: Hunc misit Toletum cum epistolis suasorijs, quæ alia continebant: Cum misissem aliquos qui mea negotia procurarent, & vos in deuotione regia conseruarent, intellexi eos vos stultis operibus prouocasse, & regia negotia minorata: nunc autem mitto vobis Ambroz, qui vestris beneplacitis condescendet: cum sit vester amicus, & contribulus. Quem ipsi cum gaudio receperunt, & ad sua consilia admiserunt, & diebus aliquot interiectis, promisit eis rebellionis participem velle esse, & præter regium præsidium, aliud in ciuitatis medio se facturum, ut ibi regis familiares secum haberet, ne possent in populum malignari: & statuerunt ei locum in monte, ubi Ecclesia sancti Christophori nunc est sita, & præcepit suis, ut domos circa idem præsidium fabricarent, & eductione terræ ad parietes erigendos, & industria in medio præsidij profunda voragine foueam dilatauit, & omisſis alijs præsidij ciuitatis, in isto statuit mansiōnem, & placuit regi, scienti hoc ex industria procuratum.

## CAPVT XXIII.

## De Cæde Toletanorum.

TUNC Rex Alhacam mandauit his, qui in tabernaculorum castris vel ciuitatibus morabantur, ut à Rege auxilia implorarent, quia Christianorum incursibus grauabantur, & per se vel per alios succurreret impugnatis. Et hæc relatio venit Toletum, & ad cunctas ciuitates. Rex autem præcepit exercitus undique congregari, & misit cum eis filium suum Abderramen, & etiam de maioribus seniorum, ut adolescentem qui decimum quartum agebat annum, in consilijs custodirent. Cumque venissent Toletum, castrametati sunt ab Oriente, & continuo venit nuntius, quod treugam firmauerat cum Christianis, & demisso exercitu, quod redirent. Ambroz autem ut fuerant facta cuncta percipiens, Toletanis suasit quod Abderramen instantissime supplicarent, ut eorum ciuitatem ingredi dignaretur, qui tandem precibus vix coactus, annuit postulatis. Ingressus autem



## CAPVT XXVI.

De morte Abderramen, &amp; regno Mahomet.

**A**NNO Arabum ducentesimo trigesimo sexto, regni autem sui trigesimo, precepit plateas Cordubæ pavimento lapideo solidari, & aquam à montanis, plumbeis fistulis deriuari, & fontes iuxta Mezquitam, & iuxta presidium, & in alijs locis eductione nobili emanare. Et cum hoc fecisset, mortuus est Abderramen, anno Arabum ducentesimo trigesimo octauo, incipiente anno regni sui trigesimo secundo, & reliquit quadraginta quinque filios, & filias quadraginta duas.

26 Mahomet.

Toletani rebellant.

Anno Arabum ducentesimo trigesimo octauo Mahomet filius Abderramen filij Albacam successit in regno. Eo anno mortuus est Ranimirus filius Veremundi Rex Gallecie, & filius eius Ordonius successit in regno, & regnavit annis triginta quinque. Anno Arabum ducentesimo quadragesimo, regni autem Mahomet secundo, Toletani contra Mahomet dominium rebellarunt, & Ordonium, qui in Asturijs, & Gallecia tunc regnabat, in adiutorium vocauerunt, qui misit eis germanum suum cum multitudine Asturum, & Nauarrorum. Tunc Mahomet collecto exercitu iuit Toletum, & cum propior esset urbi in alueo, qui Celet dicitur, insidias occultauit, & cum ad ciuitatem propius accessisset, speculatores exterius positi venire cum paucis bellatoribus existimauerunt. Quod cum Christianis, & ciuibus intimassent, contra eum volentes congregari, exierunt, & cum praelium inchoassent, insidia que latuerant, accurrerunt, & succubuerunt, cum suis complicibus Toletani, & de Christianis vsque ad octo millia, Toletani vsque ad septem millia perierunt, & fecit Rex Mahomet, multa capita detruncari, que Cordubam, & ad maritima, & in Africam pro victrici gloria destinauit. Sequenti anno Calatrauam, Talaueram, & Curitam multis militibus stabiluit, ut Toletum, & eius confinia infestarent; & tertio anno misit Almundar germanum suum cum exercitu copioso, qui circa Toletum residens, messes, & fructus, & vindemias penitus deuastauit. Post cuius discessum Toletani Talaueram inuadere presumpserunt; sed egressus princeps, qui præerat Talaueræ, venientes congressu obuiò debellauit, & pluribus captis, & interfectis vsq; ad septingenta capita occisorum Regi Cordubam destinauit. Sequenti anno Rex personaliter super Toletum exercitum congregauit, & eam obsidens pontem precipitauit, & multi de ciuibus, qui pontem ascenderant, defensuri cum pontis precipitio corruerunt; ex quo fuit Toletanus populus valde animo consternatus. Anno autem septimo regni sui cum iterum exercitum congregasset, Toletani incole Mahomet regis potentiam non ferentes, se eius dominio reddiderunt, qui eos benigne recipiens pacem dedit,

anno Arabum ducentesimo quadragesimo  
quinto, anno septimo  
regni eius.



## CAPVT XXV.

De regno Abderramen, &amp; nauibus aduentitijs.

**P**OST Albacam regnavit filius eius Abderramen: quadraginta & unius <sup>25</sup> Abderramen. annorum erat cum regnare cœpisset, & triginta & uno annis regnavit; & seniores Curia fratres Abderramen, & consanguineos conuocauit, qui venientes libenter noui regis dominium receperunt. Abdalla autem, qui, ut diximus, Valentia morabatur, ut olim fecerat rebellauit: sed Abderramen continuo exercitum congregauit, Abdalla vero fugam inijt, veritus expectare, & post fugam, paucis diebus interpositis, expirauit. Tunc Abderramen uxores, & filios Abdalla fecit ad se adduci, & eis in necessarijs liberaliter prouideri, & ex tunc apud Arabes parentibus filij successerunt: nam antea fratres, consanguinei, vel propinqui, & etiam de alio genere succedebant. Et fuit Abderramen plurimum fortunatus, ut gentis eius geneatici dogmatizant. Hic Barchinonam nuper à Christianis obtentam, per Abdelcarim suum principem subiugauit, & terras alias, quas Christiani tempore schismatis occuparant. Ipse etiam per se plurima bella gessit.

Anno autem Arabum ducentesimo vigesimo nono, regni autem eius vigesimo tertio, nuntiatum est ei quinquaginta quatuor naues, & quinquaginta quatuor galeas in Vlixbone littore applicasse, & Abderramen rescripsit eis, ut prout possent sua custodia prouiderent. Sequenti anno plures naues, & maior potentia Hispalensi littori aduenerunt, & diebus tredecim Hispalim obsederunt, & congressus cum Arabibus habuerunt, & pluribus interfectis, captiuos, & spolia plurima abduxerunt: inde Gelzirat Cadiz, & Assidonam cum suis classibus adierunt, & confectis prælijs, pluries cum Arabibus pugnaverunt, & terras eorum cade, & incendio vastauerunt, & preda multas abduxerunt, & iterum Hispalim sunt reuersi, & transferunt in Gelzira Captel, & impugnatam tribus diebus eductis spolijs incenderunt. Deinde per hortos & vineas & terminos Hispalis transeuntes, omnia vastauerunt, Arabes occidentes, & quæq; utilia secum ferentes, deinde mane Hispalim venientes congressum cum Arabibus habuerunt, in quo tot de Arabibus ceciderunt, quot vix posset industrius numerare, & Arabes ab utraque facie urbis fugati, vix vite relicti, ad muri ambitum confugerunt; gentes autem que nauigio venerant, per diem, & noctem ciuitatem grauitè afflixerunt, & sequenti die ad stationem nauium redierunt, cum multitudine spoliolum, qua à suburbio & suburbanis, iuxta votum, quilibet abducebat. Cumque ad Abderramen rumor huius peruenisset, fecit magnum exercitum congregari, quem in auxilium Hispalensium destinauit, & venientes cum gentibus nauium praelium commiserunt: sed nec hi, nec illi vincere potuerunt. Gentes autem in villa qua Tablata dicitur prope Hispalim intrauerunt, & Arabes eos machinis impugnantes à Tablata egredi compulerunt, & in conflictu vsque ad quadringentos amiserunt. Ipsi autem diebus aliquot ibi morantes, confinia Hispalis vastauerunt, & cum audissent quod Abderramen naues quindecim, & exercitum alium in eorum exterminium destinaret, reuersi sunt Vlixbonam, & exinde cum alijs qui illuc aduenerant, ad propria remearunt.

dubam festinauit, & mox eum ad regni solium sublimarunt, anno etatis sue quadragesimo tertio. Et cum esset liberalis in principio regni sui, Cordubensibus decimas relaxauit: sed immemores beneficij, contra eum continuo rebellauerunt: ipse autem agens exercitum contra eos, vitam finiuit, cum regnasset fere duobus annis, reliquit sex filios, & septem filias.

## CAPVT XXIX.

## De regno Abdallæ.

**A**NNO Arabum ducentesimo septuagesimo quinto, exercitus germanum suum Abdallam fratri mortuo subrogauit, qui noua gloria inclitatus, ab omnibus, etiam Cordubensibus, est receptus, & fratrem suum Cordubæ honorifice sepeliuit, regnauit autem viginti quinque annis, diebus quindecim. Sequenti anno contra eum Homar Habenbazon vnus de principibus rebellauit, & cum eo, contra regem gentes plurimæ surrexerunt. Stepa, & Vlixbona, & alia multa castra similiter rebellauerunt. Rex autem super eum exercitum congregauit. Homar autem ea facilitate, qua rebellauerat, inclinauit, & Rex Abdalla petenti veniam concessit. Hispalis autem quæ similiter rebellauerat in se bellis ciuilibus concitatis se mutuo sanguine cruentarunt, & qui superiores in effusione sanguinis sunt inuenti, regis Abdallæ dominio se dederunt, & sic in Hispali totale dominium est adeptus. Homar autem Habenbazon pro facilitate venia eleuatus, iterum rebellauit, & Giennium veniens presidij principem interfecit, & procedens per oppida, & castella, eiusdem officij principes factione simili decollauit. Et rex Abdalla adeo fuit eum varijs incurfibus insecutus, quod coactus fuit, etsi non animo, sic saltem ad Christiani nominis gratiam se transferre, & Baptismum suscipere, & fidem Catholicam profiteri. Rex autem Abdalla precepit Loxa presidium obsfirmari, & cum magnis, & minoribus æquo iudicio iustitiam exhibere; apud Cordubam vitam finiuit anno etatis sue septuagesimo secundo, regni autem vigesimo quinto. Sepultus est autem in presidio Cordubensi, & filios undecim, & tredecim filias reliquit.

## CAPVT XXX.

## De regno Abderramen, &amp; Alhacan.

**M**ORTVO Abdalla nepos eius Abderramen filius Mahomet filij Abdalla successit in regno, & non successit aliquis filiorum, quod in præteritis non inuenitur. Viginti trium annorum, & quinque mensium erat cum regnare cœpisset, anno Arabum trecentesimo: & quinquaginta annis regnauit, & fecit mutato nomine se vocari المنصر لدين الله Almunacer Ledinellæ, quod interpretatur defensor legis Dei, & fecit se communi nomine appellari امير المؤمنين Amiramomeni, quod Rex credentium interpretatur. Hic fuit Rex potens, & honoratus, & gentes suas iustitia, & iudicio gubernauit; & quia dissensio erat inter domum Abhenhumeye, & domum Abellabeci, qui nepotes fuerant Mahometi, vix erat locus quem Schismata non vexarent. Ipse autem quosdam pace, quosdam terroribus reconcilians, vt pacifice viuerent procurauit, & quosdam rebelles bellis, &

D

incurfibus

## CAPVT XXVII.

## De nauibus Normannorum.

**E**ODEM anno sexaginta naues à Normannia aduenerunt, & Gelzirat, Alhadra, & Mezquitas, undique deductis spolijs, cæde, & incendio consumpserunt: deinde in Africam processerunt, vbi exterminia graua exercuerunt, & reuersi in maritimis Hispaniæ hyemarunt, & in vere ad propria redierunt. Sequenti anno Rex Mahomet contra Nauarros exercitum adunauit, & circa Pampilonam messes, & vindemias deuastauit: & obtinuit tria castra, in quorum vno inuenit militem qui Fortunius dicebatur, quem captum Cordubam secum duxit, & elapsis viginti annis suæ domui restituit, cum multis muneribus liberatum, & vixit hic Fortunius centum viginti sex annis. Sequenti anno filium suum Almundir cum exercitu contra Alauam destinauit, qui Christianos crudeliter debellauit, & multa eorum capita Cordubam deportauit. Sequenti anno Emerita rebellauit, cui adueniens fecit destrui arcum pontis, & ciues deditioi se offerentes, milites cum filijs, & vxoribus obtulerunt, vt obsides Cordubam ducerentur: quod Rex annuens fecit destrui muros vrbs: præter presidium, quod suis bellatoribus inuestiuit.

Fortunius  
longæuus.

## CAPVT XXVIII.

## De rebellionem Toletanorum, &amp; morte Mahomet, &amp; regno Almundir.

**A**NNO Arabum ducentesimo quinquagesimo septimo, regni eius decimo nono, Toletani iterum rebellauerunt, & quendam, qui Mahomet Abenlop dicebatur, super se regem statuerunt, & rex Mahomet filius Abderramen duxit exercitum super eos: sed ipsi animis minorati se mandatis eius, datis obsidibus, obtulerunt. Quod Rex acceptans precepit obsides Cordubæ custodiri, & hic secundo accepit obsides à Toletanis. Anno ducentesimo sexagesimo sexto, precepit Rex naues fieri Cordubæ, Hispali, & in alijs locis vbi lignorum materies abundat. Audierat enim esse in Gallecia ciuitates, & oppida, pagos, & villas, quæ nullo murorum ambitu clauderentur: & nauigio instaurato præfecit eis quendam, qui Abdelhamit dicebatur: sed fractis nauibus in contraria tempestate, naues & homines totaliter perierunt, Abdelhamit cum paucissimis vix euasit. Anno ducentesimo sexagesimo septimo, fuit terra motus in tota Hispania generalis, & cum rex Mahomet sederet in Mezquita Cordubæ, & oraret, fulmen cecidit inxta eum, & duos homines interfecit: tonitrua, coruscationes, & lampades turbatum populum deterrebant. Anno autem Arabum ducentesimo septuagesimo tertio mortuus est Mahomet, anno etatis sue sexagesimo, regni autem trigesimo quinto, qui regnum suum habuerat, & prouide gubernauit. Et dum quadam die per regale viridarium deambularet, miles quispiam de astantibus dixit ei, Quam pulchrum viridarium, quam pulchra dies, quam dulce seculum, si mortis sententia non veniret. Tunc Rex inquit, Erras in verbo, quia si mors non esset, ego nullatenus hic regnarem. Reliquit autem triginta quatuor filios, & viginti filias. Eo mortuo anno Arabum quo supra, filius eius Almundir apud Alhamam degebat, quæ Almeriæ balnea nuncupatur, & audito patris decessu Cordubam


27 Almun-  
dir.

manzor non necessitate, sed pietatis clementia acceptauit, & sic Cordubam est reuersus. Cetera quæ in Christianorum finibus perpetravit, superius in Historia Gothica differui diligenter, sub rubrica, de insolentijs Veremudi, & Victorij Almanzori. Fuit autem factus Alhagib, anno Arabum trecentesimo sexagesimo septimo, & præsuit annis viginti sex, Mortuus est autem anno Arabum trecentesimo nonagesimo tertio, prælacionis suæ vigesimo sexto, cui successit anno quo supra, filius eius Abdelmelic, cognominatus Almodofar, & sex annis, & octo mensibus tenuit regiminis principatum, sicut tenuerat Pater eius, & anno sequenti cum super Legionem exercitum congregasset, à Christianis turpiter effugatus, turpiter est reuersus, nec adiecit ultra inuadere Christianos, sed regni negotia utiliter dirigebat: mortuus est autem anno Arabum quadringentesimo, & sui regiminis septimo. Huic successit frater eius Abderramen, qui derisorie Sanciolus dicebatur: hic pessimus, & peruersus, fornicationibus & ebrietatibus insistebat, & Isen à regno expellere nitebatur, mortem minitans nisi eum regni institueret successorem: qui metuit, & annuit postulanti. Cum autem Abderramen quatuor mensibus & dimidio præsuisset, eum ob suam nequitiam peremerunt. Hucusque Isen regnauerat annis triginta tribus.

## CAPVT XXXII.

## De intestinis dissidijs super regimine principatus.

**I**GITUR Abderramen, ut diximus, interfecto, cæperunt ubique contra Isen rebellia procurare primus autem fuit quidam, qui Mahomet Almahadi dicebatur, & Cordubæ cum duodecim complicibus insurrexit, & sumptis armis presidium occupauit, & Isen captum in domo cuiusdam sui complicis occultauit, & eum mortuum omnibus publicauit, & quendam Christianum Isen simillimum interfecit, quem mortuum senioribus, & alijs demonstrauit, & decepti similitudine, crediderunt, & statim honore regio sepelierunt. Mahomet autem Almahadi iniuriose contra populum se gerebat, & eorum uxores ludibrijs prouocabat, & quia circa Isen taliter se habuerat, eum odisse & persequi incæperunt, & propter alia quæ subditis inferebat, unde & seditiones undique fuerunt ortæ. Surrexit quidam qui Isen Arax dicebatur, & cum Almahadi quadam die cum suo exercitu Cordubam ingrederetur, illi qui erant in ciuitate cum prædicto Isen Arax comurauerunt, & multos de fautoribus Almahadi occiderunt, & ianuas prope presidium combusserunt. Sequenti die contra Almahadi egressi sunt ciuitatem, & cum aliquamdiu conflisissent, obtinuit Almahadi, & multos ex eis cepit, & aliquos interfecit, & de prodicione reputans, Isen & multos alios capitali sententia condemnauit. Tunc quidam de Barbaria nepotem Isen, qui Zuleman dicebatur, super se principem leuauerunt, & extra Cordubam peragrabant: verum quadam pars eorum de Barbaria nisi sunt sibi præficere Maruhan consobrinum Zulemæ, & dederunt ei equum, & enses, ut si Zuleman interficeret, statim constituerent eum regem. Quod cum Zuleman per quempiam percepisset, illos barbaros fecit decapitari, & consobrinum suum Maruhan in vinculis detineri, & treugam cum Sancio filio comitis Garcia, Ferdinandi, Castellæ comite obfirmavit. Postmodum pecunia magna data eum contra Almahadi in adiutorium euocauit.



incurfibus sic afflixit, ut sederent solitarij, & tacerent: & per viginti annorum spatium a bellis, & exercitibus non cessauit, donec totam terram sub suo dominio complanauit, & omnes ei vnanimiter subfuerunt. Hic præcepit edificari castrum prope Cordubam, quod hodie adhuc exstat: & nauigio septem veniens, obtinuit ciuitatem, & de suis in ea principem stabiluit. Postea Cordubensem Mezquitam, & multas alias adornauit, & opera regalia dilatauit. Mortuus est autem anno atatis suæ septuagesimo quarto, regni vero quinquagesimo, anno Arabum trecentesimo quinquagesimo. Alhacam filius prædicti Abderramen patri suo successit in regno, & <sup>30</sup> Alhacan. imposuerunt ei nomen <sup>30</sup> بالله المسقر Almuztacarville, quod interpretatur defendens se cum Deo, & regnauit annis sexdecim, & duobus mensibus. Hic inuenit terram à patre suo pacifice complanatam, quam & ipse paterno moderamine conseruauit: nec necesse habuit bellis, vel exercitibus exerceri. Mortuus est autem anno atatis suæ sexagesimo quarto, regni autem decimo sexto.

## CAPVT XXXI.

## De Isen, &amp; de eius Alhagib Almanzor, &amp; Abdelmelic.

**A**NNO Arabum trecentesimo sexagesimo sexto Isen filius Alhacan Patri suo <sup>31</sup> Isen. successit in regno: decem annorum erat, & octo mensum cum regnare cæpisset, & regnauit prima vice annis triginta tribus, & mensibus quatuor, & imposuit sibi nomen Almuhayarville, quod interpretatur nitens cum Deo, & cum esset puer, datus est ei à suis principibus coadiutor, vir strenuus, & industrius atque prudens qui Mahomet Ibne Abenhamir proprio nomine dicebatur: ex nunc autem dictus fuit <sup>31</sup> الحاجب Alhagib, quod interpretatur Vice-rex. Postea autem quod semper in prælijs fuit victor <sup>31</sup> المنصور Almanzor fuit appellatus, quod defensor interpretatur, & licet multi pro hac potentia laborassent, ipse consensu omnium, omnibus est prælatus, & sic ad se totius regni negotia recollectit, ut rex Isen tantum regali nomine præmineret, & nomen Isen in moneta, & pannis, & epigrammatibus, & epitaphijs ponebatur: & fiebat oratio super eum, & expers potentia agebatur, & quasi clausus in presidio Cordubensi, quidnam fieret ignorabat: nec accessum alicuius permittebant, nisi quod tantum omnibus dicebatur, ista præcepit vobis Isen, & talibus internuntijs credebatur: & cum Almanzor cum exercitu recedebat, custodes regis custodia deputati, sic eius exitum obseruabant, ut cum ad regale viridarium equitaret, nullus esset eius auribus appropinquans, nec ausus cum clamore aliquo propulsare: & sic uxoris contubernijs interceptus, reputabat sibi pro regis dominio satisfactum. Et durauit Almanzor huius regiminis protestas annis viginti sex, & in isto annorum spacio quinquagesies, & bis exercitum Christianorum finibus superduxit, & eos multis afflictionibus coarctauit: & suis adeo fuit carus, quod sepe voluerunt ei concedere regni thronum: sed ipse nunquam voluit Isen priuare. Et cum quadam vice Castellæ terminos deuasisset, & hyemali instantia proponeret remeare, Christiani in montium transitu restiterunt, quos asperitas niuium adiuuabat: & ipse intelligens transitum præpeditum, in planitie castra fixit, & cum bobus prædæ, aratra instaurauit, semina terra mandans. Interim autem tot incurfibus, & tot cadibus Christianorum Patrias deuasit, ut cogere hostibus supplicare, & impeditum transitum expedire, ut Almanzor exercitus pertransiret, & etiam pro agricultura, & semine pretium obtulerunt: quod Almanzor

## CAPVT XXXIV.

## Quod Almahadi deuicit Zuleman.

**P**AVCIS autem diebus interpositis, Alhagib Alhameri plures ex pluribus partibus congregauit, & etiam Christianos, & duos magnates, quorum unus Armengandus, alter dictus Veremudus, & ueniens ad Almahadi qui tunc temporis Toleti degebat, & procurato exercitu ampliore, contra Cordubam processerunt. Quod cum Zulema innotuisset Cordubenses sollicitauerunt, ut cum eo occurrerent uenienti, sed ipsi factionis solite non oblitii, se causis friuolis excusarunt. Barbari autem Regi dixerunt, Pro Cordubensibus non formides, quia nos tibi usque ad mortem strenue assistemus. Tunc Zuleman de eorum promissione confusus, occurrit Almahadi è contrario uenienti, & procedens fixit tentoria in loco qui Accauatal bacar nominatur, qui distat à Corduba decem leucis, & antequam Almahadi exercitus resedisset in eum barbari irruerunt, & ex eis multa millia occiderunt, adeo quod succubuisse Almahadi exercitus uideretur, sed resumptis uiribus, praelium restaurarunt, & instantibus Christianis succubuit pars Zuleman, & Zuleman cedens hostibus fugit ad Azafram, in qua fuerat aliquamdiu demoratus, & sumpta suppellectili quæ potuit asportari Citanam abiit fugitiuus. Cordubenses autem Azafram communiter inuasērunt, & eos qui non fugerant, peremerunt, & cetera rapuerunt, & ciuitatem, & quicquid barbarorum fuerat, occuparunt, & à Mezquita maiori lampades aureas, & coronas, & catenas, & omnia alia ornamenta, vestes, & libros, quæ omnia Barbari demiserant, abduxerunt; & hoc bellum apud Arabes adhuc hodie est famosum, actum anno Arabum quadringentesimo quarto: & fertur Almahadi in exercitu habuisse triginta millia Sarracenorum, & nouem millia Christianorum, & inde Cordubam ueniens in regem ab omnibus est receptus, & Isen qui Rex fuerat ei etiam obediuit. Et quia Alhagib Alhameri felicitatem huius procurarat, suo officio restitutus omnia disponebat, Almahadi autem solo nomine presidebat.

## CAPVT XXXV.

## De prodicione Eunuchorum, &amp; morte Almahadi.

**E**T cum in regem fuisset susceptus, recepit nuntios Arabum, & Eunuchorum, qui eius fierent, si uellet offensas præteritas indulgere, & audita relatione hilarior est effectus, & datis muneribus, & petitione admissa, dimisit eos. Qui post paucos dies Cordubam uenientes, cæperunt turbare incolas ciuitatis: erat autem cum eo Raymundus quidam, Comes ex Christianis, non ille qui fuit Pater Imperatoris, qui notans scandala, & quod Rex fretus barbaris, & Eunuchis ciuium pecunias auferebat, & quia erga ciues insolentius se habebat, præsertim cum à quopiam audiuisset, quod sicut Cordubenses barbaros exstinxissent, sic conaretur Christianos & Comitem demoliri, & à rege accepta licentia, quia iam pacta inita compleuisset, licentiatus à rege, ad propria feliciter est reuersus. Rex autem incæpit fossatis circumdare ciuitatem, pacto cum ciuibus interposito, ut ipse tertiam partem ciuitatis, ciues residuum consummarent. Interim autem barbari, qui à cæde superstites remanserunt, ciuitates & villas undique infestabant, adeo quod plures fuerunt habitatoribus destituta Arabes autem & Eunuchi, qui à Citana uenerant consilium inierunt,

## CAPVT XXXIII.

## De aduentu Comitis Sancij in auxilium Zulemæ, &amp; de victoria habita contra Almahadi.

**C**OMES autem Sancius cum magno exercitu ueniens, factus est Zulema in adiutorium. Almahadi autem cum audisset Zuleman cum Comite Sancio aduenire, de Medina-Caly, & alijs locis quos potuit, conuocauit. Erat autem Alhagib Almahadi quidam, qui Alhameri vocabatur: qui autem erant in ciuitate contra uenientem exercitum egredi proposuere, ut faciliorem exitum ui pararent, fossata in circuitu repleuerunt, quamuis Almahadi ne hoc facerent, prohiberet. Cumq; extra urbem ueniente exercitu conuenissent, Zuleman obtinuit, instante fortiter & uiriliter exercitu Comitis Sancij, & casa fuerunt ex parte Almahadi usque ad triginta sex millia Sarracenorum, & Christiani suburbium inuadentes, abductis spolijs, & interfectis plurimis, & pluribus captiuatis cetera vastauerunt. Et cum uidisset Alhagib Alhameri tantum excidium sue partis, uocatis qui de Medina-Caly aduenierant, in eadem Medina cum fuga comitibus se recepit. Almahadi autem fugit ad presidium ciuitatis Zuleman, cum Christianorum exercitu, urbem exterius obsidente. Tunc Almahadi eduxit Isen regem, quem olim mortuum simulauerat, & ostendit eum, omnibus manifeste suadens, ut eum in regem reciperent potius quam Zuleman: sed tantus terror inuaserat audientes, quod nulla suasio poterat demulcere. Et Almahadi iam desperans abscondit se in domo cuiusdam Arabis, qui Mahomet Toletanus dicebatur, & inde cum eodem Arabe Toletum fugit. Zuleman autem ingressus est Cordubam uolenter, & presidium occupauit, & in 19 Zule-regali solio se locauit, & mensibus septem regnauit. Hoc bellum fuit apud Arabes man. nominatum, & dicitur victoria de Cantiche. Zuleman autem de Cordubensibus non confidens, egressus est ciuitatem, & in uicinis locis morabatur cum exercitu Christiano. Cumq; quadam die seniores Cordubæ ad regem exiuisent, Comes Sancius dixit eis: Quomodo huc existis? tria enim signa stultitiæ in exitu præ tendistis, unum quia timidi, eo quod in primo congressu cum plures essetis, terga dedistis: secundo quia securitate non habita accessistis: tertio quia in Deum grauius peccastis cum uxores uestras, & filios, & homines legis uestræ, quos gladio cepimus in seruos emere uoluistis. Et mirati sunt uniuersi super uerbis prudentiæ Comitis. Cumq; Zuleman uerbis & numeribus ciuium animos complanasset, & in ciuitate tutius resideret, quidam barbarus suast ei ut permitteret eos occidere Christianos, ne forte ut ei adhererant, alij regi adhererent, & ei cederent in periculum, & iacturam: præsertim cum prædis Arabum locupletes, de cætero similia assuescerent. Cui Zuleman: In securitate meæ fidei aduenerunt, & ideo nunquam hoc facinus perpetrabo: & timens Zuleman ne eis fieret quicquam mali, datis muneribus, licentiam tribuit redeundi: at illi cum multis diuitijs reuersi sunt in Castella.



viliter se accingens, cum ciuibus consentientibus in id ipsum, egressus est in occursum, usque ad locum in quo barbari confederunt, sed regis aduentu territi absecesserunt. Rex autem milites misit expeditos, qui eorum vestigia obseruarent, sed nec consequi potuerunt: barbari enim à bello profugi incursum instituerunt, nec à cadibus, & incendijs cessauerunt; Rex autem speculatores, & insidias in patria finibus stabiluit.

## CAPVT XXXVII.

## De confœderatione inter Isen, &amp; Comitem Sancium datis castris.

**H**is itaque ordinatis Rex egressus est ciuitatem, expeditionis effigie insignitus si posset de aduersarijs aliquid inuenire: omnes autem in eo belli instantiam mirabantur, quem olim viderant presidio interclusum, nihilominus tamen fere quotidie barbaris nuntios destinabat, & dona plurima promittebat, si suo dominio obedirent. Sed ipsi Zuleman eius aduersario fœderati petebant pacta graua & inepta, propter quod elegit periculum potius, quam petita. Zuleman autem de pactationibus iam desperans, ad Sancium Comitem ex Castella nuntios destinauit, spondens pecuniam, & honorem, si eum vellet contra Cordubam adiuuare: qui responsionis oraculum elongauit, donec Isen petitionem Zuleman insinuaret, addens sese in Isen auxilium libentius aduenturum, si pari remuneratione respiceret adiutorem: ita ut sex Castella quæ Almanzor quondam abstulerat, restitueret Christianis. Et cum Isen petitionem Comitis suis consiliarijs intimasset, fuit petitio grauis visa: sed quia discriminis instantia perurgebat, visum fuit castella cedere, eo quod nouiter acquisita, & minus utilitatis quam oneris secum ferrent, & Rex Isen petitioni Comitis acquieuit, & precepit castella protinus sibi dari.

## CAPVT XXXVIII.

## De rebellionem Toletanorum, &amp; discurfione Barbarorum.

**I**NTEREA Toletani filium Almahadi, qui Obeydalla dicebatur, regem super se leuauerunt; quodcum ad Isen notitiam perueniisset, misit Alguazilum suum, ut Toletanos tamdiu obsideret, & impugnaret, donec sibi redderent ciuitatem: qui veniens tamdiu eos cadibus, & impugnationibus infestauit, donec apertis ianuis eum cum exercitu ad presidium admiserunt, & occupata penitus ciuitate, Obeydalla regem cepit, quem regi Isen Cordubæ viuum misit, & Isen capite mutilatum fecit influmen precipitari. Interim autem barbari Cordubam undique infestabant: erat autem Cordubæ magna carestia, adeo ut summa panis triginta aureis venderetur: inualuerat etiam grauis pestis, ex qua plurimi moriebantur: unde qui poterant ad montium ardua confugiebant. Alhagib autem qui Hua de Alhameri dicebatur, epistolari nuntio Zuleman & barbaris intimauit, se ad eos iturum cum omnibus quæ habebat: sed hoc non latuit Isen regem, qui missis apparitoribus fecit eum sibi presentari, & visis epistolis quas receperat à Zuleman, iussit eum decapitari, & caput eius undique circumferri, ut qui in proditionis armario proditionis iacula occultarat, eius iudicium fieret omnibus manifestum. Cum autem barbari

ut Almahadi interficerent, & restituerent Isen, olim regem, hoc consilium Alhagib Alhameri communicarunt. In die autem Pasche eorum, miserunt quendam Eunuchum, Hambar nomine, & cum eo alios eunuchos, qui regale presidium occuparunt, & captum Almahadi tenuerunt: & educentes Isen, olim regem, in regali solio locauerunt, & ei Almahadi captum presentarunt: & dixit eis Tu es proditor Dei & mei, quia Sarracenos interfici procurasti, & bona eorum amitti fecisti, & proditiones sepius iterasti & fecit eum per Alguazilum statim decapitari, & reseruato capite, mandauit corpus à muro in plateam precipitari & eunuchi, & alij frustratim dilacerantes, etiam in corpus exanime lanceas defigebant: caput autem fecit per totam ciuitatem in lancea deportari quod erat iucundum fere omnibus intueri, eo quod eius iniurias reolebant: & post triduum quidam supplicarunt, ut infelix corpus sepeliretur, quo obtento in Mesquita angulo est sepultus. Caput autem misit Isen Zuleman, qui Citana morabatur, sperans quod eo viso ei fieret in vasallum. Filius autem Almahadi, qui Obeydalla dicebatur, erat Toleti, & à Toletanis plurimum amabatur, cui Zuleman caput receptum misit, cum mille morabetinis, quod & Toletani in Mesquita sepelierunt.

## CAPVT XXXVI.

## Quod Isen secundo regnauit, &amp; de insolentijs barbarorum.

**A**LMAHADI mortuo Isen obtinuit regnum suum, & fecit Alhagib Alhameri, sicut fuerat ante, tempore Alhamadi, & regnum pacifice stabiluit, & milites per oppida, pagos & villas statuit, ut introitus hostium obseruarent, & ciuibus ut essent attentum clamorem inuadentium per audirent, & equitabat per ciuitatem: cum omnibus erat carus, eo quod vice alia regni sui, ad eum accessus hominum non patebat, & quia erat à regali genere habens ortum: ipse autem sic se omnibus exhibebat, ut ei obedirent, & ab omnibus amaretur. Et cum per presidium deambulet, inspiciebat loca regalium tumulorum, & cum vidiſſet tumulos Patris, & aui sui, vidit tumulum in quo sepultus fuerat, ille sibi simillimus Christianus, de quo superius fecimus mentionem, & ait, Ego hic eligo sepulturam. Barbari autem de quibus diximus non desinebant consinia Cordubæ infestare, Ecigam, & Carmonam, & Bethis & socij incolas deuastare: nec Cordubenses milites, ultra villam, quæ secunda dicitur, & alia loca, in quibus excubantium militie subsistebant, progredi presumebant: & sic barbari insistebant, quod multa loca habitatoribus caruerunt, & relicta à profugis barbari occupabant, & vix aliqui victualia in ciuitatem inferebant: unde fuit in vrbe grauis carestia subsecuta, propter quam ciues apud Isen dominum institerunt, ut egrediens contra eos bello deiceret, quorum incurſus damnoſa patientia tolerabat: at ipse Cordubensium inconstantiam iam expertus, fingebat se internuntijs detineri, per quos sperauit eos suo domino inclinari, & sic eos blandis sermonibus illudebat. Post hac duo Eunuchi venerunt ad eum, & hi fuerant cum Zuleman, & dixerunt regi Iseni Scias quod illi de genere tuo Zuleman, & barbari nuntiarunt, ut Cordubam aduenirent, quia eis procurantibus obtinerent, & Zuleman iterato regni dignitas perueniret. Et continuo Atamoribus propulſatis ciuium multitudinem conuocauit, & eos qui de Abenhumeye Mahometi maioris nepotis successione proceſſerant, fecit capi, & vinculis colligari, & bona eorum à ciuibus occupari: & die qui sibi fuerat assignatus, barbari venerunt, pro quorum aduentu inter ciues magna turbatio fuit orta, & Rex armis viriliter


Cordubam occuparat, & dum fugeret fuit à barbaris grauer vulneratus, & pro mortuo derelictus, sed quidam ciuis eum in domo sua clanculo occultauit, donec plenam obtinuit sanitatem. Alij autem Eunuchi qui euaserant obtinuerunt Oriolam quam venienti Hayran illico tradiderunt, & inde cepit loca Zulema, prout poterat, infestare, & congregati sunt ad eum plurimi bellatores, cum quibus à barbaris plurima obtinebat, & venit ad eum quidam ab Almaria, qui Abenhamit dicebatur, & se ei reddidit in vasallum, cum magna multitudine pugnatorum: erat enim quidam Asla nomine, qui contra Abenhamit rebellabat, in presidio Almaria, Venerunt itaque Alhayran, & Abenhamit pariter Almariam, & Hayran obtinuit ciuitatem, viginti autem diebus cum machinis presidium impugnantes, quamuis fortissimum, expugnarunt, & Asla cum filijs suis in maris voragine proiecerunt, & felicitate huiusmodi procedente, expulit Hayran Barbaros à Gernio, Beatica, & Arxona. Hayran autem diligebat Isen, & quicquid acquirebat, eius nomine acquirebat, & pro eo orationem quae pro regibus solet fieri, faciebat, & intendebat eum à Zuleman iniurijs vindicare. Illi autem qui ab Isen receperant villas, & ciuitates Hayran pro viribus adiuuabant.

## CAPVT XLII.

## De regno Aly, &amp; morte Zuleman.

36 Ali.

**E**RAT quidam dictus Aly Abenhamit apud Septam, quem Isen praeponerat ciuitatis & huic Hayran, nuntiauit ut Malacham adueniret, & ut ibi Rex fieret, procuraret: qui veniens Malacham, bene receptus, continuo Rex est factus. Hayran autem Granatenses & Murcienses, & villarum incolae aliarum, ut venirent, & Aly Abenhamit regi Malacha obedirent nuntiauit: Aly ut venirent, quasi de negotijs tractaturi: qui & venit, & consilio habito discesserunt. Congregati sunt subditi & fautores, ut contra Cordubam dimicarent, & Hayran conuenit cum consilijs Murciae & Granatae, ut statuto die omnes concorditer conuenirent: & Haly ex Malacha, Hayran ex Almaria, Gidfeia ex Granata, & concilia ex Murcia, & locis alijs in campestribus Cordubae conuenerunt: & egressi sunt ad eos Zuleman cum Barbaris, & ceteri incolae ciuitatis, & campestri praelio inchoato victi sunt Cordubenses, & captum Alguazilum Adub nomine decollarunt, & de Barbaris plurimos occiderunt. Zuleman autem cum Patre & fratre, Aly regis conspectui praeferunt: Alguazilus suus, qui proditorialiter eum ceperat, duxit eum. Rex autem Aly improperans ei proditoris culpam, eum cum Patre, & Fratre, manu propria interfecit. Erat tamen Pater Zulema homo innocens benignus, & eius anima non venerat in consilium filiorum, & ideo dicitur perditus sine citius Haly autem timebat, si Isen viueret regno priuari, & ideo Zuleman culpa, interfecit, quia dixerat Isen viuum, alij etiam qui sciebant, Isen viuere, dicere formidabant.



Barbari terram cultoribus denudassent aqua penuria intrinsecos, & extrinsecos opprimebat, unde & Barbari, relicta Corduba, Hispalim adierunt, & vias omnes vacuas viatoribus, & incolis inuenerunt: & intrantes loca arborum, quod Axaraf dicitur, apud eos, vastationes, & incendia exercebant: demum Hispalim obsederunt. Tunc Rex Isen misit Zabor iustitiarum, qui apud eos dicitur, *الوزير* Alguazilus, & quendam alium Hambar nomine, cum bellatoribus quos potuit congregare, ut fines Hispalis tuerentur. Et tunc Rex cum Barbaris, in aduentu istorum, relicta Hispali, in partes alias migrauerunt, & Calatrauam impetu inuadentes ibi victualia inuenerunt, & inde cadibus & incurfibus, & rapinis loca adiacentia infestabant.

## CAPVT XXXIX.

## Quod Zuleman Cordubam acquisiuit, &amp; de fuga Isen in Africam.

**P**OST hac Zuleman vocauit Mundir, qui praerat Casaraugusta, & alium qui praerat Medina Alfaragel, quae nunc dicitur Guadal-fasara, & Barbari quos poterant undique inuitabant, ut Zuleman fierent in succursum, & tali pacto ad Zuleman omnes concorditer conuenerunt, ut ciuibus habita remaneret: & simul venientes contra Cordubam properarunt, & castrametati sunt intra Azafra, & Cordubam obsederunt, & ciues monuit, ut ei traderent ciuitatem, qui acquiescere noluerunt: & ipsi urbem undique impugnarunt. Barbari autem fossata humo & lapidibus complanabant, & ibi ex utraque parte plurimi ceciderunt, & tamen nihilominus impleuerunt. Et sic partem urbis quae Xarquia dicitur, inuaserunt, sed etiam ciues protinus erumpentes, Barbaros repulerunt, & ex eis plurimos occiderunt. Et iterum ex alijs partibus impugnantes, quodam homine à porta secunda ianua proditorialiter referante, ingressi sunt Barbari ciuitatem, & omnes stationes videntium, & domos plurimas combusserunt, & sine numero occiderunt, & pretiosa quaelibet rapuerunt, & qui gladium euaserunt, se in Xarquia post gladium receperunt, & per triduum infestati demum Zuleman dominio se dederunt. Tunc ob tenta undique ciuitate, Zuleman presidium est adeptus, barbari autem domos urbis ad libitum diuiserunt. Ciues autem Isen extra Cordubam deducentes abire libere permisissent, & ille fugiens in Africam transfretauit.

## CAPVT XL.

## De regno Zuleman, &amp; diffidijs intestinis.

**Z**VLEMAN autem regno potitus, fixit Cordubae thronum suum, & regnauit hac vice annis tribus, & mensibus tribus, & mansit Cordubae in delicijs, & honore, usque ad diem interfectionis. Cordubenses autem in miseria, penuria & erumna. Barbari à Zuleman concorditer postularunt, ut daret eis villas & oppida, quae hereditate perpetua possiderent: & cum essent sex cognationes quas ipsi القبيلة Alcauelas dicunt, dedit unicuique certa loca perpetuo possidenda. Eunuchi autem qui Isen consueuerant adherere, dolebant quia Zuleman prospera succedebant, & ideo unusquisque ubi potuit rebellauit: erat autem potentior inter eos quidam qui Hayran Albemari dicebatur, & hic fugerat à facie Zuleman, quando Cordubam

35 Zuleman.

qui communiter concesserunt: & venientes Giennium, in regem pariter promouerunt, venientes autem occiderunt quotquot de Barbaris inuenerunt: & Giennio proficiscentes Murciam adierunt, quam Rex statim acquisiuit, & introiuit. Videns quod sibi prospera succedebant, cepit Concilia ciuitatum diligere & fouere, & eos qui eum receperant honorare: ab Hayran autem, & Mundir oculos auertebat, nec ex corde recipiebat, nec ut consueuerat honorabat: & cum quadam die causa videndi ad eius palatium accessissent, fecit eis introitum denegari, & diu exterius expectare, qui merito indignati ad inuicem loquebantur, Merito patimur, quia tanto studio, ut Rex fieret, procurauimus: & ex tunc odium conceperunt. Rex autem Abderramen collecto exercitu iuit Granatam, & in monte, qui Secutar dicitur, fixit castra, qui distat sex leucis à Granata: & cum Granatam appropinquasset, inter viros exercitus dissensio fuit orta, & ut dicitur, Hayran & Mundir cum Granata domino hoc tractarunt, propter iniuriam sibi factam. Cumque Granatam Abderramen exercitus impugnaret, qui interius erant, extra congregari attentarunt, & quia dissensio exteriorum animos diuidebat, sibi fugam, aduersarijs victoria causam dedit, & fuit ibi Abderramen Mortada interfectus, & sic ingratitude pœnas luit: & Granatenses præda copia occupata, cum capitibus occisorum, Cazim regi Cordubæ pretiosa donaria transmiserunt. Et hac victoria Cazim recuperauit de his quæ perdidit, plures villas. Tunc Cazim Hispalim est profectus, & statim ibi in regem est eleuatus.

## CAPVT XLIV.

## De regno Hyahye.

38 Hyahye.

39 Cazim.

**C**ORDVBENSES autem nepotem Cazim Hyahye nomine in regem sublimarunt, anno Arabum quadringentesimo duodecimo: Hyahye autem blandiebatur omnibus, & se munificum ostendebat. Exinde autem iuit Malacam ubi fuerat dominus, & morator: & dum esset ibi, Cazim pernoctauit ad Hispalim, & Cordubam veniens in regem iterum est receptus, & secunda vice regnauit, mensibus septem, diebus tribus, anno Arabum quadringentesimo decimo tertio. Verum quia Barbari à direptionibus, & rapinis & iniurijs quiescere ignorabāt, & stationes vendentium euertebant, ciues conqueri non cessabant, sed nec poterant tolerare: & quadam die dum ad orationem consisteret, in Mezquita, insonuit vox clamoris, & ciues muro, & turribus occupatis, cum Barbaris usque ad noctem congregari non cessarunt: & cum eiues presidium inuasissent, Cazim fugiens, in urbis angulo cum Barbaris se recepit, ubi diebus aliquot restiterunt, donec ciues vniversaliter concurrentes, & plus mori, quam viuere iam optantes, insultu acerrimo eos à loco fugij abegerunt, & eos obstinatis animis insequentes, pro magna parte ceciderunt, & interitu exstinxerunt. Cazim autem fugæ prodigus, filijs suis, qui erant Hispali, intimauit, ut prepararent Barbaris mille quingentas domos, de melioribus ciuitatis. Cumque Cazim Hispalim aduenisset, ciuitatis ei ianuas serauerunt, propter domos quas iusserat preparari: filij autem eius ad eum cum paucis complicibus exierunt: Cazim autem inde recedens, huc & illuc ferebatur incertus, donec cepit eum Hyahye filius Fratris sui, & in castro quod Anax dicitur compediuit. Viri autem Hispali rogauerunt quendam iudicem Mahomet filium Habeth ut urbi, & populo presideret, & ille licet inuitus, eorum paruit voluntati, timens ne forte urbi periculum immineret. Cordubenses autem fecerunt regem quendam, qui

40 Mahomet.

E 2

Abderramen

## CAPVT XLII.

## De rebellion Hayran, &amp; Morte Aly.

**H**is igitur ita factis vocauit ad se omnes, & eos qui Zuleman adhaerant dum vivebat, & hi & alij ei obedierunt, & sic habuit totum regnum. Hayran autem verens ne Aly vellet in eum aliquid machinari, reuersus est Almariam, & Ecigam, & Granatam. Post modicum autem, quia Aly non seruauerat pacta quadam, Hayran indignatus scripsit Mundir filio Hyahye domino CesarAugustæ, ut ambo contra Cordubam aduenirent & Aly à regni solio remouerent: & apud Accium, quæ nunc Guadix dicitur, conuenerunt, & inde Cordubam adierunt. Barbari autem in occursum eorum Cordubam exierunt, sed in prælioc ceciderunt, & plures ex suis gladio perierunt. Sed dissensione inter Hayran & Mundir filium Hyahye accidente, ab inuicem discesserunt: Hayran autem quesuit si in genere Abenhumeje dignus regno posset quispiam reperiri, & inuenit quendam qui Abderramen Almortada dicebatur, cuius manso erat Giennij; hic bonus, patiens, & quietus ab omnibus amabatur: hunc Hayran cogitauit ad regni fastigium sublimare. Quod cum ad Aly notitiam peruenisset, de castro in castrum, de loco in locum Hayran sequebatur, mala irrogans sibi & suis: Hayran ut Abderramen præficeret laborabat, & Hayran dum esset Giennij nuntiatum est, quod Silfeia de quo supra fecimus mentionem, iuerat contra castra, quæ Hayran detinebat, & continuo Hayran insequens procedentem fecit transitum per Guadix, & Silfeia cum suo exercitu obuiuit, & pugna commissa, Hayran exercitus fuit victus, & multi ex eis temulenta ignauia perierunt. Cumque de Hayran quid acciderat, nesciretur, & Almaria ciuitas turbaretur significauit eis se esse in Canilibus Castrouasta, & domum in qua latuerat nominauit. Tunc illi eum instantissime vocauerunt, & illis diebus quatuor Hayran fautoribus, in conflictibus male cessit: quod Aly factus hilarior cum audisset, falces & alia vastationis vasa, fieri præcipiens iuit Giennium, anno Arabum quadringentesimo octauo: & cum iam vexilla, & tubæ, & ceteri apparatus exissent extra urbem, ipse intravit balneum, quod in presidio habebatur, & intrarunt cum eo aliqui Eunuchi, qui eum in balneo occiderunt, & continuo recefferunt.

## CAPVT XLIII.

## De regno Alcazim.

**C**VMQUE exercitus foris expectans moræ dispendium causaretur, aliqui ad presidium redierunt, & cum eum quærerent, in balneo mortuum inuenerunt, capite conquassato. Tunc Concilium ciuitatis presidium obseruarunt, donec veniret Germanus eius Alcazim nomine, qui Hispali morabatur, quem in regem illico eleuarunt: de interfectoibus Eunuchis non nisi duos pueros inuenerunt, quos protinus occiderunt. Regnauit autem Alcazim prima vice annis tribus, mensibus quatuor, diebus viginti sex. Hayran autem semper instabat, ut Almortada promoueret, & misit nuntium Mundir principi CesarAugustæ, & misit Citanam, Valentiam, & Dertusam ut venirent, & Abderramen Almortada obedirent, qui

35 Alcazim.

## CAPVT XLVI.

De Schismatibus, &amp; dissidijs citra mare.

**N**VNC ad historiam Cordubæ reuertamur; Cum Iram, & Mogeit occisus Barbaris Cordubam intrauissent, zelus incidit inter eos, & uterque ab alio mortem metuens præueniri, ambo Cordubam exierunt, & ab inuicem discesserunt. Cordubensis autem quidam, qui Isen dicebatur, non ille quem quondam, ad culmen regiminis eleuarunt, & regnavit Cordubæ annis duobus, diebus quatuor: in Frontaria autem annis duobus, mensibus septem, diebus octo. Cordubenses autem eum pro causa huiusmodi remouerunt. Habebat Alhagib qui plus domino potens erat, & hic erga ciues crudelissime se habebat, & cum esset vilis genere, uilitatem in potentia ostendebat, eo quod conditionis non immemor in omnibus excedebat, & cum nemine concordabat, & falsis accusationibus immeritos offendebat, & bona ciuium Barbaris erogabat; unde & ciues Alhagib occiderunt, & regem à regni solio expulerunt. Quidam autem Hymeya nomine, assumpto secum iuuenum comitatu, presidium est ingressus, & ut se regem facerent, postulabat, & dixerunt ei: uides quod ciuitas iam turbatur, & quod te interficiunt formidamus: at ille respondit, Mihi hodie obedite, & me in crastino interficite, Ecce quanta est ambitio dominandi. Ciues autem Isen, & isti sub interminatione periculi praeceperunt, ut presidium relinquentes se reciperent quocumque uellent, & ciues ad inuicem condixerunt, ut nemo de genere Abenhumeye Cordubæ remaneret; Isen autem ualedicens filiis & amicis, iuit ad quoddam castrum, quod in montanis Cordubæ erat situm: Cordubenses uero castrum post modicum temporis obsederunt, & Isen captum custodia tradiderunt: sed inde subiugali uehiculo noctu fugiens, Zuleman Abenbut regem Casaraugustæ in auxilium sui periculi praelegit, qui suscipiens liberaliter, & benigne, dedit ei castrum quod dicitur Alzuhela, in quo degit, quoad uixit.

## CAPVT XLVII.

De regno Almoravidum in Hispania, &amp; de morte Abenhabeth.

**E**T illis diebus non fuit Rex in Hispania de genere Abenhumeye, sed unusquisque in loco cui præerat, rebellabat: Cordubenses autem cum regem alium non haberent, Moneta, pannorum, & gramatum literas sub Isen nomine conscribebant, & hic finis regni Cordubæ quia fere in singulis locis qui potuit dominium usurpauit, donec Monarcha Africa, qui erat ex Almoravidis omnium occupauit. Cordubæ insurrexit Alguazilus, nomine Iahuar filius Mahomet, post cum filius eius Mahomet: Hispali insurrexit iudex quidam qui Abulcazim dicebatur, & obiit anno Arabum quadringentesimo trigesimo tertio post eum filius eius Habeth, & obiit anno Arabum quadringentesimo sexagesimo primo: post hunc filius eius Mahomet Abenhabeth, hic obtinuit Cordubam, & alia loca plurima, &

Abderramendicbatur, Germanum Mahomet filij Abdeliaber, qui olim regnauerat apud eos, & hic, quia erat de genere Abenhumeye, & priori statui restitui cupiebant: sed quia ante eum in regem elegerant Zuleman Almortada, nec tamen res peruenerat ad effectum, in sua prodicione Abderramen pepercit senioribus, qui consenserant in Zulemani sed securitatis præstita post oblitus, seniores cepit, & carceri mancipauit. Et cum ciues factum huiusmodi percepissent, carcerem adierunt, & seniores effractis ostijs eduxerunt, & inde ad presidium ascenderunt & ianuas confregerunt, ducentes secum quendam, qui dicebatur Mahomet, & presidium perscrutantes, inuenerunt Abderramen in furno balnei latitantem, reperiunt continuo occiderunt, & in quadam domo suburbij sepelierunt, & hic tantum uno mense, & diebus septemdecim regnauit.

## CAPVT XLV.

De regno Mahomet, &amp; Hyahye, &amp; eorum dissidijs, &amp; de Idriz.

**H**OC extincto regnauit Mahomet uno anno mensibus quatuor, diebus uiginti duobus, anno Arabum quadringentesimo decimo quarto, & cum regni confinia peragraret, fama insonuit apud suos, quod pecunias, & margaritas, & pretiosos lapides secum ferret, & ut hoc auferrent mortis poculo dominum occiderunt. Et cum mortem eius Cordubenses audiuisent, Hyahye Aly filium regi mortuo subrogarunt, & regnauit Hyahye mensibus tribus, diebus uiginti, & iuit Malacam, ubi quondam fuerat commorator: uiri Malacæ se protinus ei reddiderunt. Abuz autem Granatæ dominus Hyram, & Muzeit de suorum maioribus Cordubam destinauit, & cum eorum aduentum uiri Cordubæ prænouissent, de his qui in urbe remanserant, usque ad mille Barbaros occiderunt, & uenientes principes admiserunt, & Alguazilus, & scriptor, & familia Hyahye prorsus Malacam confugerunt, & breui termino uix incepto, Hizmael filius Habeth Hyahyam interfecit, & caput eius Isen, qui erat Hispali, destinauit. Cum autem audisset Idriz frater Aly, de quo diximus, qui Septa dominabatur, fratris interitum, & regni mutationem, Malacham cisfretauit, & obtento presidio regem statuit se uocari: & ibi uenit ad eum Habriz, qui Granatæ dominabatur, & Idriz ut regi, & Principi obediuit, & sumpta secum multitudine armatorum, iuit Carmonam, & inde Hispalim, ut eos Idriz dominio inclinaret, & in Alcalá iuxta Hispalim resederunt, & sequenti die Trianum, quæ est quasi suburbium Hispalis, combusserunt: & in castro presidij uiri Hispalis Chirographum obedientiæ conscripserunt, quo Idriz in dominum receperunt: eodem modo se eis subdidit Almaria.






virtute, & plus iniurijs quam defensione Patria insistebat, & quia viderunt à regalibus actibus alienum, in eum ubilibet insurgebant, & ubique, & quilibet rebellabant, & guerris indefinentibus infestabant, & fere perdidit totum regnum, & hoc fuit anno Arabum quingentesimo trigesimo nono: & regnum Vandalie quinquaginta tribus annis possederant citra mare. Erat autem inter Vandalos cismarinos vir prudentia präditus, liberalis, strenuus, & benignus, qui Mahomet Abenzabat, & Rex lupus postea fuit dictus: hic obtinuit regnum Valentia, & Murcia, & quæ ad ea consinia pertinebant. Lorcam, Vastam, & Guadix & loca plurima, circa ista. Christiani etiam plurima, occupabant, donec venientes Almoades ab Africa, & Vandalia, Almorauides exstirparunt.

Sed quia de Aduentu eorum in historia Gothica fuimus prosecuti, hic nolimus iterare.

F I N I S.



*De Alij Dorigi Pachay hazard*

satis prospere rexit terram. Postea Almorauidi qui sunt ex Barbaris de Lutinia, huic dominium abstulerunt, cum in dominio durasset annis triginta tribus; & hoc fuit anno Arabum quadringentesimo octuagesimo quarto. Erat autem Rex Almorauidum Iuceph filius Tessephin, & hic prædictum Mahomet tamdiu captum tenuit, donec in vinculis vitam finiuit. Hic Mahomet Abenhabeth Aldefonsi regis, qui Toletum ceperat, anno Arabum quadringentesimo septuagesimo septimo, timore turbatus, contra eum Iuceph Abentessin in auxilium vocauit, sed veniens ipsum primitus captiuauit, deinde in campo Zalla que prope Badalloz cum Aldefonso rege acriter dimicauit: quod prælium hic omittimus, quia in historia Gothica est descriptum.

Almorauides, Hispaniam occupant. Iuceph Primus Almorauidum in Hisp. Rex.

CAPVT XLVIII.

De Monarchia Iuceph citra mare, & ultra mare.

**I**VCEPH autem Abentessin, adeptus victoriam, in Africam est reuersus, & quia intellexit Vandalos Arabes multis dissensionibus minoratos, assumpta maiori multitudine cussretauit, & totam terram Vandalia occupauit, & fuit Monarcha ultramarinus, & cismarinus, & durauit sibi huiusmodi Monarchia annis quinquaginta quinque, ab anno Arabum quadringentesimo octuagesimo quarto, usque ad quingentesimum trigessimum nonum annum, quando per Almoades dominium perdidit, ut superius in historia Gothica est expressum. Hic rex Iuceph terram, & populos custodiuit, & omnibus iustitiam conseruabat, & eos qui in particularibus præsidijs rebellauerunt, tamdiu infestauit, donec suo dominio subiugauit. Hyahye autem dictus Alcadirbille postquam Toletum perdidit, iuit Valentiam, que ad suum dominum pertinebat, & annis octo vixit ibidem, & interfecit eum iudex quidam, qui Abeiaphat dicebatur. Postea cepit eam Rodericus Didaci campiator, & eo mortuo eam Almorauides occuparunt: Casaraugustæ autem insurrexit Mundir filius Hyahye, & post eum filius eius Hyahya Almunda-far: demum tota terra illa contermina Christianis, se reddidit Zuleman filio Hamat qui Abenbut dicebatur. Hic Zuleman fuerat Alcaydus Mundir filius Hyahye, de quo diximus. Post Zuleman filius eius Hamat successit: post eum filius eius Iuceph: post eum filius eius Hamat cognomine Almutaim: post eum filius eius Abdelmelic: post eum filius eius Hamat, cognomine Almutazit; hic amisit Casaraugustam, & consinia que habebat, & Almorauides omnia occuparunt, & in locis alijs alij rebellauerunt, quos omnes Almorauides subiecerunt. Insurrexit Murcia quidam Abderramen Abentaxet, & tenuit eam donec venientes Almorauides eiecerunt: Insurrexit Almaria Mohez Abdalla: quatuordecim annorum erat cum insurrexit, & totam terram perdidit, præter Almariam, sed & eum Almorauides obsederunt: & insurrexit Granatæ Abdalla, sed eam post modicum temporis Almorauides occuparunt, & ita dicitur quod eam ultimo acquisierunt.

Post hoc Iuceph Abentessin reuersus est in Maroquos, quam Barbari Almorauides in urbem regiam dilatauerant, & ibi statuerant caput regni. Isto mortuo Aly filius eius successit in regno, & fuit inuentus debilis & ignauus, nec regni consinia defendebat: post eum regnauit filius eius Tessephin, vilis animo, &

<sup>2</sup> Aly  
<sup>3</sup> & vltimus Tessephin.  
virtute,